PVGNACVLVM ARISTOTELIS,

ADVERSVS

PRINCIPIA BERARDINI TELESII

IACOBI ANTONII MARTAE

Philoſophi Neapolitani ac Vtriuſq. Iuris profeſſoris

Ad Illuſtriſsimum, ac Reuerendiſ-ſimum D. Fabium Vrſinum.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA



Ex AVCTORITATE SVPERIORVM

ROMAE Typis Bartholomæi Bonfadini, 1587.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
D. FABIO VRSINO
IACOBVS ANTONIVS MARTA. S.

LABORIOSVM nimium, ac perdifficile hoc ſcribendi genus apud priſcos illos maiores noſtros fuiſſe comperimus, vt pauci quidem in eo periclitarentur, cùm nec Taletem mileſium à quo ionicum, nec Samium Pythagoram à quo Jtalicum fluxit philoſophandi exordium (quippiam literarum monimentis traddidiſſe compertũ eſt. Ne Socrati præterea vnde demum terrarum lumina academici, & peripatetici emanarũt quid ſuos poſt cineres linquere curæ fuit: Niſiq; Anaximandri ſolertia, & Theleaugis ope cautum fuiſſet de italico, & ionico, actum iam extitiſſet, quorum induſtria Antiſtenes, & Plato inſecuti Socratis placita, velut propria poſteris legenda traddiderunt. Apud poſteriores verò longe contrarium fuit, ſiquidem vſque adeò inter illos ſuperſtare libros paſſim inſpicimus, vt ſi ad delphicum deferrentur Apollinem, ne templi alioqui amplioris eos intercluderet capacitas; quod autem horum inſequi debeat magis, admodum perdifficile eſt. proprios quodcunq; patiatur manes: nam ſi nihil prorſus ſcri

pſeris, inertem cuncti incuſabunt, ſic poſt mortem, velut ante natalem præteferens, ſi prouintiam aſſumpſeris, nouumq; aliquid in medium legendum attuleris, tanquã bacchichum liquorem nouiter mulſum ſtomachantur, ac ſi ſatis non fuerit vetuſta delibare, ſi eadem penſiculabis, vt penſiculatorem, & tanquam furem increpabunt, ſi eiſdem contradixeris, muſſitant, roncisoniſq; naribus laruam, nocturnumq; occurſaculum clamitant, cum mortuiſq; luctari. ſi præterea accurate, vt par eſt, & latine ſcripſeris, ceruſſatum, cincinnatum, fucatumq; vocant, medicataq; proficiſcentem cute, ac ſi philoſophantium perplexiones latine ſcribi nequeant, ſi denique minus compte, tanquam primarum artium fundamenta minus callentem pilipendunt, vt ſtateram inter hæc detinere, tutum nunquam fuerit vlli: iſti .n. ignorantiæ ope ſodalibus, ſatellitibus, & auxiliarijs, quibus doctos venales reddunt, omnia adamuſſim pro eorum velle componunt. Id licet longius expertus, non potui non Ariſtotelem prouocatum hoc paruo meo propugnaculo defendere: in veritate .n. conſiſtit ſapientia, & ipſa à quocunque mortalium inuenta, non minus ea, quam ipſe inuenerim, mihi cara eſt, quem lapidem ſeptem volui annos continuos, & ſtatim ſibi fuiſſet manus impoſita, ſed data opera æditionem diſtuli, dum omnia quàm diligentiſſime examinarem, diſcuterem, & ſæpe ſępius ad Cleantis lucernam reuocarem, & vt paucis placeret elaboraui, res .n. non nouas tracto, ſed duras, & rigidas, peregrinoſq; conceptus, & à moderatoris vulgi ſenſibus differentes: Si indoctis Ego non placeo, nihil eſt quod quęrar, habeo quod optaui, ſin doctis quoque non probor, eſt fateor quod doleam, non quod mirer, nam quis Ego? aut quid eſt? Vnde mihi in tanta pręſertim varietate iudiciorum inter-

blandiar,

blandiar, aut arrogem? quod nec M. Tullio pręclara illa, cæleſtique facundia prędito contigiſſe ſcio, cuius liber de optimo dicẽdi genere (Deus bone) quale, quàmque ex alto ſumptum opus, quod idem in epiſtolis indignatur, attingit M. Bruto, ad quem, & cuius precibus ſcriptus erat erudito viro licet, & amico ſcribentis, non probatur. Laudes hominũ mors incohat, quia cum corpore moritur inuidia, viuitque cum ipſo: à morte igitur viuere incipit humanus fauor, & vitę finis principium eſt glorię, quę ſi antea cæperit, ſingularis quędã, & intempeſtiua res eſt: fama ſemper inimica pręſentia, multaque admirationi hominũ familiaritas detrahit, frequẽſque conuictus. Vides ne hos academicos? genus hominũ vigilijs, ac ieiunio ſqualidum, qui ſolent ex emendatis inemendata deſcribere, ex mendoſis mẽdoſiora reddere, pretermittere quod non legũt, corrumpere quod non intelligunt. Crede mihi, nihil ad lucubrandum durius, nil mollius ad iudicandum, cùm multa laborioſiſsime legerint, nil examinant, & quid in re ſit dedignãtur inquirere, cùm hominem ipſum noſſe videantur, quorum omnium vna lex eſt, cuncta quidem ex ęquo, quorum auctores cùm ſemel aſpexerint ſcripta faſtidiunt. Naui piſcatoria paruis hamis, tenuiſque naſsis colluctantes rigidis belluis quę ex his eſcã referant, ſecurius iam ſinus omnes littora, portuſque laceſſent, hoc contra doctos faciunt, veluti feliciſsimam negotiationem in lucri rationes deferant, quàm ſi merces ex indis per perſas & palmyrenes ad gazam ſirię, vel per Arabes Nilum, & Aegyptios Alexandriam, ſeu nouo more per auſtrale latus Luſitaniam, aut per ortum ad hiſpalim conuectaſſent exactis doctis intimonium antonianum. Redeat Pythagoras, reddam illius ingenij contemptores, veniat in Gręciam Plato, renaſcatur Homerus

merus

merus, reuiuiſcat Ariſtoteles, reuertatur in Italiam Varro, reſurgat Liuius, refloreſcat Cicero, non modò ſegnes laudatores inuenient, ſed mordaces etiam & liuidos detractores; quod quiſque ſuis temporibus expertus eſt. Quid Vergilio maius habuit lingua latina? repperit tamen ille qui non poetam, ſed raptorem alienarum inuentionum, & translatorem diceret: ipſe autem & ingenij fiducia, & iudice fretus augusto alto animo inuidorum verba deſpexit. At ego vbi iudicem Auguſtum inueniam, quem enixe admodum, atque omnibus modis ingenijs ſui temporis fauiſſe compertum eſt? Te ſolùm inueni, quem vnicum ſeculi noſtri decus incomparabili fœlicitate ſortior, quippe animi tui celſitudo, mentis præſtantia, ingenij acrimonia, morum grauitas, & reliqua id genus, tum præcipue animi tui prudentia, qua non propria tantùm, ſed communia etiam recte conſultas, ſapientiſſime moderaris, tum eccelſa tua mens omni diſciplinarum genere exculta, & diuino quodam neſcio aſpectu, & oraculo illuſtrata mortalium omnium amorem, fidem, obſeruantiam, beneuolentiam, ac ipſius ſummi, optimique Pontificis SIXTI V. amicitiam dulcius allicere, fortius attrahere, ac elegantius vendicare ſufficiunt. Ad te confugiat quiſquis ingenio fidit, quod ad me attinet, omnia mea ſtudia in te ſolùm conferam. Sit fas igitur mihi ſub tuo felici auſpitio in lucem prodere hoc meum opus tuo Illuſtriſſimo nomini conſecratum, partim vt obſeruantiam in te meam enucleare incipiam, partim vt operi ipſi maiorem apud omnes gratiam, authoritatemque conciliarem. Cùm .n. hoc opus incidiſſe in difficillima, & periculoſiſſima tempora cognoſcerem, tum impiorum hominum ſæuitia, & immanitate, tum etiam propter neſcio quos agreſtes, barbaros, & ſordidiſſimos doctores, quibus nihil proban-

dum

dum eſſe videtur, niſi quod ipſi more ſuo cogitauerint, vel ad eorum ideam, & exemplar concinnatum fuerit, ſeſe quidem tanquam duros, & inexorabiles arbitrarios, cenſores, honorarioſque magiſtros, & iudices glorioſos, ac ventoſos homines oſtentant, minimè auſum eſt foras, & in propalatum, & quaſi theatrum huius mundi exire, omnibuſque videndum ſeſe, & legendum, & omnium paſſim fere manibus conterendum, in tanta opinionum, & iudiciorum diuerſitate vltrò exhibere, niſi à te ſtudiorum, & bonarum literarum, optimarumque artium, ac diſciplinarum amico, & patrono reciperetur. Vt gentili etiam Ariſtoteli nunc vehementer gratulandum ſit, quòd fauſtiſſimis tanti viri auſpitijs, ſubque tuis inſignibus defendatur. Nam ſi generis ſplendorem ſpectemus. Tu ex antiquiſſima gente Jlluſtriſſimorum Vrſinorum ſic fama priſca impellente trahis originem, Jn qua claruerunt tot elegantes viri, tot aurati milites, armorum duces ac in Eccleſia Dei digniſſimi præſules, ſtrenui commilitones, & ferores in armis. Non tacebo Flauium Vrſinum, qui multos annos magna fide, ac integritate Cardinalitia functus tam ingentis machinæ pondus ſubſtinuit. Nec Latinum patrem tuum virum inclytum, & incomparabilem, qui præſentiſſimo animi vigore ea effecit indies, armorum ductor, & bellorum expertus, vt à Venetis vocatus, & ab ijs tanto amore, & honore proſecutus, Candici iuſtitiam omni poteſtate huccuſque rexerit, nuper autem ad patrium larem tranſlatus eſt. O mors adeò potens, adeò ferox, adeò inexorabilis, vt nemo à tuis manibus reuocari, aut lachrymis extorqueri, aut per vim eripi poſſit. Quid igitur eſt quod falſorum hominum

vim

vim extrinſecam? quid metuam periculoſi certaminis aleā, te duce acerrimo veritatis vindice? Has cùm admirabiles tui animi dotes optimè cognitas haberet Pontifex noſter, ſtatim ſuum referendarium conſtituit, maximumque onus mādauit, nam cum paludes pontinias cum publica, tum maxima apoſtolicæ ſedis vtilitate eſiccandum eſſet, tot populis agreſtibus reſtitentibus, tu à ſummo Pōtifice dimiſſus ſic perſuaſiſti, vt nulla interpoſita mora, ſe proprijs commodis ſpoliauerunt. Quid grauius tibi mandari potuit? Quod nec Octauianus primus Jmperator opus quaſi deſperatum deſerens, tuum ingenium ea arte incepit, vt quicunque ſtolidæ etiam mentis optimum finem conſecuturum putet. Quid ſublimius? quàm res, vnde Maximo Pōtifici noſtro SIXTO *maiores quàm ex alijs laudes, & gloria ſunt dedicandæ, ſementico. n. plus octingentorum ſtadiorum addit. Cędet Apulia, Cędet Sicilia fertilitati paludum vliginis abundantia eſiccandarū. Jn hoc, & alijs obeundis muneribus non modò pares æquas, ſed politioris literaturæ nomine, diuerſarum ſcientiarū ſtudio, liberaliorique munificentia longè antecellis. Tuam itaque in Pontificem fidem, ac vigilantiam omnis poſterorum memoria celebret, ſed eo potiſsimum tempore, quo certiſsimis quidem auſpitijs, breui coniector, altioribus, amplioribusque dignitatibus, & honoribus te donatum quàm fortunatiſſimè iri. Vale.*

IACOBI ANTONII MARTAE PHILOSOPHI NEAPOLITANI AC VTRIVSQVE IVRIS PROFESSORIS

PRO ARISTOTELE PVGNACVLVM.

PRÆFATIO.

QVAM inuitus, ægroque animo hoc tempore ad præſens opus non altercationibus, non rixis, non tumultu, & concinnatis concionibus, ſed quieti, tranquillitati, & bonis artibus perdiſcendis, moribuſque optimis dicatus, deductus, tractuſq; ſim, ipſe D. O. M. diuinarum mentium conditor, atque ſcrutator (cuius opem in cauſa tam iuſta humiliter, ac reuerenter imploro) mihi teſtis eſt: Idemq; nouit me ab ineunte ætate nil ſtatuiſſe aliud quàm pacem amplecti, prodeſſe homini, religioſè, ac piè viuere, pro patria, amicis, & veritate ſanguinem ſi oportuiſſet fundere: hodie verò alia uia, alia mente, cordeq; huc me alijſq; acrioribus uerbis cōtulerim, nobis.n. qui deuenimus in hanc truculentam temporum conditionem ſublata eſt omnis gratia dicendi, & interceptus locus omnis & iucundiſsimi ſermonis, & conciliandæ beniuolentiæ popularis, ſiquidem ui impulſus ocius quàm ſperarā ad id conſcendimus. Poſtquàm igitur ita tulit caſus infeſtus, vt Ariſtoteles à calumniatore prouocetur, ſtagirita à Brucio, maximè eccellens Platonis diſcipulus à Bernardino Teleſio, velim, nolim oportet in arenam deſcendere, conferre pedem, manuſque conſerere, nam ſi turpe eſt in huiuſmodi cauſis uel inimicis negare patrocinium, quantò magis Ariſtoteli, & ueritati? agitur.n. non modò priuata dignitas, decus, honor, gloria, ſed publica, totiuſque ampliſſimę huius & inclytæ vrbis Neapolis, de cuius immenſa

gloria, quæ nulli totius Italiæ magnarum vrbium cædit, iam a-ctum putarent omnes, ſi peripateticorum princeps Brutio Cō-ſentino cæderet, eiuſque calumnias nō nos retunderemus omnes, ac frangeremus. Quamobrem Ariſtotelis acrimoniam doctrinæq; ordinem accuratiſsimum, accōmodatiſſimumq; admiremur inprimis: Etenim ſi ab infimo huius rerum ordinis gradu exordior, qui earum rerum ſolummodò ſit, quæ præter eſſe aliam attingerint nullam perfectionem, qualia dixerim elemēta, eorumque proprietates, atque ex his compoſita, qui libros de proprietatibus, elementorumque impreſſionibus, meteorū, atque mineralibus legerit, hæc haudquaquam ipſum latuiſſe cognoſcet: At ſi præter eſſe quædam entia uegetare noſſe volueris, liber de plantis ſe pulcherrimè offert, Omnia deinde viuentia uariis gradibus notitiæ ſenſitiuæ diſtincta; Et hæc quidem qua quiete, quo motu, qua duratione vitam ſortiantur, moderentur, terminent, noſter hic princeps adeò cumulatiſſimè eſt complexus, vt nihil intactum, nihil occultum, nihil omiſerit cognitu dignum, nec hoc incredibile videatur, eiuſdem ſcrutare libros quinque de generatione animalium quatuor de eorundem partibus, nouem de illorum hiſtoriis, deque illorum motibus, de reſpiratione, ſenſu, memoria, reminiſcentia, de ſomno, vigilia, iuuentute, ſenectute, cauſis longitudinis, & breuitatis vitę, morte, & uita; dehinc quid anima ſit, quid eius virtus, quid immortalitas, quid homo, quid cuiuſque aut paſſionis, aut inclinationis iudicium, libris de anima, de phyſionomia ſerioſiſſimè docuit. Vnde verò tanta generabilium rerum, & corruptibilium originetur varietas, ſeu quibus principiis fulciatur, conſeruetur, ac perſeueret, legentes de generatione, & corruptione libros de cœlo, & mundo minimè latet, ſin autem in ordine rerum miranda quæſieris, & tot in rebus uarios caſus, humaniſq; præſertim in actibus tam mutabilis rationem ſtatus deſideras ſcrutari, librum de admirandis in natura, de bona fortuna præ manibus habes, quicquid tum priuatis, tum publicis rebus conducere, autumari potuit, œconomicorum, politicorum, magnorum moralium libris non modò ſapienter, verùm & clariſſimè, & eleganter diſſeruit, edocuit, edidit: taceo eiuſdem rethoricæ libros, totiuſque philoſophię rationalis multa uolumina, in quibus nul-

lum

lum perſuadendi genus,nullum ornarum loquendi,nullum de
nique arguendi modum aut obſcurum,aut indiſcuſſum dimiſit.
Proinde quòd tanta laude dignum hunc principē noſtrum Ari-
ſtotelem ego exiſtimarim, quia uidelicet tali , ac tanta , tamq́ue
illuſtri , qua nec antea quidem , nec poſtea quiuis philoſophus
habendus ſit,vel ea ratione ducor quoniam vt libros phyſicorū,
ac metaphyſicæ legentibus patet omnia ſua uel acta,uel ſcripta,
omnes cogitatus,omne ingenium,omnem uim ad ſeſe collegit,
exercuitq; quo mundi huius infimi diſpoſitio , & ordo non ca-
ſu,vt multi antiquorum falsè opinati ſunt , ſed ab intelligentiis
ſuperioribus,omnia hæc tum accommodatè, tum ſapienter &
moderarentur,& ad vnum reducerentur vltimum finem,quem
pro viribus vnam primam demonſtrauit , aſſeruitq; eſſe intelli-
gentiam ſubſtantiam rerum omnium effectiuam , atque opifi-
cem,immaterialem, actu æterno exiſtentem , in effectam , ſim-
pliciſſimam, impartibilem, æternam, ingenerabilem, incorru-
ptibilem,perfectiſſimam,infinitam,incomprehenſibilem,inde-
pendentem,neceſſariam.ſemper uiuentem,ſine compoſitione,
diſcurſu, ſine ſucceſſione , actu æterno intelligētem ſummè bo-
nam,ſummè beatam, ſummè in ſe ſufficientem , nullo denique
extrinſeco bono egentem ſed omnibus principantem , atq; ad
ſeipſam ut ad vltimum finem,& ſummū bonum omnia dirigen-
tem . O vere philoſophiæ indagatorem arbitror hunc peripate-
ticorum principem, quicquid uel naturali lumine intelligi poſ-
ſit altius comprehēdiſſe,uel ſiquid ignorauerit, aliorum quem-
piam philoſophorum minimè comprehendiſſe :quis illum non
miretur ? quis non diligat ? quis eius doctrinam non libentiſſi-
mè cōſectetur? aut amplexetur?Hic eſt ille Ariſtoteles princeps
peripateticorum , filius Nicomachi , patria ſtagirita , præceptor
Alexandri magni ,genere nobilis, corpore venuſtus , ingenio
ſubtilis memoria mare magnum , animo integer , uirtute ſum-
mus,doctrina ſapiens, mente firmus,corde conſtans,opere mo-
deſtus,inceſſu grauis,& deambulando peripateticus : Hic eſt il-
le princeps Ariſtoteles naturę miraculum, naturalium arcano-
rum ęrarius , eccelſi creatoris contemplator, terrę maris , ac to-
tius mundanæ machinę trinus dimenſor . Sed quouſq; hæc mea
in Ariſtotelis laudibus longa uagatur oratio ? dignum eſt equi-

dem Cyri, & Mitridatis memoriam, Homeri ingenium, Catonis iudicium, Demoſthenis uehementiam, Q. Hortenſij facetias, Ciceronis eloquentiam poſſe deficere: Palemon fluctuaret, Heſiodus pertimeſceret, Oroxius confunderetur, Thiſias hebetaret, Simonides obliuiſceretur, Criſippus deficeret, & dialecticus Gorgias ad vtramuis ſemper partem paratus ne tantillum quidem ſatisfaceret: Hunc ſequuntur, Philoſophi, Iureconſulti, Aſtrologi, Mathematici, Metaphyſici, Poetœ, Oratores, Logici, Hiſtoriographi, & alij: Theologi etiam eius principiis res ſcolaſticas determinant. Sed quid? Ariſtotelem laudare, ſeu uituperare Ocni funem torquere (ut aiunt) uel credere nebulas fuerit, quòd ita veterum authoritate famæ radices propurgauerit, vt cum vel mille quotidie Zoili nihil atterant, nihil etiam ornent amatores, cùm quę ſingulis inſunt in eodem cōfluant aceruatim, Claſſica tubę, tibię, plectra, & quæ his conueniunt modulamina.

Cędite Ariſtoteli Reges, Regumque triumphi,
Cędat, & auriferi ripa beata tagi.

At hodie à quodam brucio ſtimulatur. quis tam rationis expers adeò plumbeus erit, ac ſtupidus poſt ſeſquimilleſimum quadringenteſimum & uigeſimum quintum annum, quo Ariſtoteles pręfuit, quod etiam Doctor Angelicus ſequitur; id malè improbatum ſequi conetur? Et vt hinc auſpicer niſi quæ tua hęc principia aſſeris, peripatetici ipſi ut ſua in eorum doctrina inuenta, & ſtimulantia dubia ſoluiſſent, ac reieciſſent, ſic fateremur: hęc igitur catena tuus labor eſt, eiuſq; finis apparentia; Varia ſunt hominum ingenia, & plerique ſemper noua appetiunt, uetera, præſertim ſi nimium ingerantur facilè faſtidiunt. Pace tua dicā quid ſentio, ſic tuæ rationes vulgares infeſtant philoſophos, ac ſi logicorum perplexiones iureconſultum ſtringerent, hominemq; uolare probarent, quod & ſi impoſſibile iudicet, perplexa tamen ratione conuincitur, à qua extricare ſe nequit: Neq; etiam popularis aura captanda, nec ad vulgi affectus ſermo accōmodandus eſt, ut non niſi plauſibilia dicamus, cùm ea re nil poſſit eſſe pernitioſius. Bis librum à primo diuerſiſſimum ędidiſti ſecundum, rationes quidem ſi fuiſſet veritati innixę, ſtabiles, ac

firmę

firmę permanſiſſent, nunquam uidi veritatem mutatam, ipſa.n. ornamẽtis extrinſecus additis fucata corrumpitur, nec quid facilius quàm eam dicere: te verò ſemper obſcuriorem reddidiſti, vt cùm parùm intellectus, vel nemo reſpondiſſet, vel in reſpondendo erraret. Erraſti tu, ſiquidem de rerum natura loqui proponens quid ipſa ſit nunquam uidiſti. Sed ut ratione duce, te nihil eorum quę ſcripſiſti ſcire demonſtrem, ſic manifeſto. Tu nullius horum demonſtrationem, vel definitionem habes, ergo neſcis, cùm ſcire ſit per hęc intelligere. Quę ſcripſiſti, duo eſſe principia rerum calorem, & frigus, duoq; magna corpora vnum cœlum calidum, & humidum, ſic ignis, & quęlibet ſtellę, & partes eius, alterum terram ſummè frigidam, ſummè iſto contrariam, aeremq; non calidum, ſed ità fieri à ſole, aquam verò ſua natura calidam. Infelix quantùm à tergo remanſit quod ſciri potuit, qui nunquam excutis poſteriorem manticam, qui ſi ſapientiſſimorum virorum volumina, quæ te euoluiſſe iactas, vidiſſes, didiciſſes à Socrate maximam ſcientiam eſſe proprię ignorantię conſcientiam, illudq; in ore frequentiſſimum habuiſſes, hoc vnum ſcio, quòd nihil ſcio. Si Ariſtotelis ſcripta à limine ſalutaſſes, apud eum legiſſes minor pars eorum, quę ſcimus, maior eorum quę ignoramus: Apud Platonem animas corpori infuſas ſimiles eſſe hominibus obſcuro, cæcoq, antro ligatis, non res ipſas, ſed rerum umbras eminus perſpiciẽtibus: alios academicos miſſos facio Zenonem, denique, Carneadẽ, & Cryſippum, qui aut nullam eſſe ſcientiam aſſeruerunt, aut tantam eſſe rerum omnium obſcuritatem, vt vix poſt multos labores, ac diuturnum tempus eam deguſtemus. Credis pro te Ariſtotelem derelinquendum. Valde .n. iniquum eſt, & abſurdum vt noui magiſtri, uel rudes potius, & imperiti preferantur antiquis, & approbatis 61. diſt.c. ſtatuimus, niſi fortè à Deo aliquid ſit melius reuelatũ 95. diſt.c. eſto ſubiectus. Ego humaniſſimi lectores veritatis, & peritorum doctorum fideliſſimus amator intelligo in hoc paruo opere Ariſtotelem ipſum defendere, & ab aliquo errore peripatetico ipſum ſeparare, cùm res ſcolaſticas, imò veritatem ipſam in eius conceptibus uidiſſem fundatam, quod amica manu confectum, quaſi morbi ut non inefficax antidotum in exigua pixide omnibus locis, atq; temporibus, ut aiunt, habeas ad manum cõfectum.

ſectum. Nec accuſandus veniam ſiquidem tot me doctioribus conueniebat, cùm .n. in veritate amplius me delectarem, circa cuius conſiderationem principaliter conſiſtit ſapientia, & quæ totius vniuerſi eſt vltimus finis, pro eius perfectione, me iuniores ab ea plurimum aberrare, ac remoueri inconueniẽs, & iniquum videbatur. Docere citius uiam errantem; non eſt qui damnet: ſtudui equidem non vt quodcunq; mihi ſpetioſius, ſed vt aliis ueritas eluceat, finis.n. meus qui ſemꝑ in hoc genere ſtudiorum fuit, non tam ſcribentis laus, quàm legentis vtilitas, ſi qua ex me percipi, aut ſperari poteſt, ad id maximè reſpexi, ne ar marinum voluere ad omnem hoſtis ſuſpitionem, aut ſtrepitum ſit neceſſe: Et ſi quantũ res ipſa poſtulare videtur oratione mea non præſtitero, meo tamẽ officio ſatis præclarè feciſſe arbitror, ſi quãtum meæ uires àme fieri patientur, effecero, ſic.n. Ariſtoteli non defeciſſe uidebor. Nec ſum notandus ſi multoties integra verba, & doctorum conceptus apportaſſem: ſi.n. dubia à calabro propoſita à peripateticorũ aliquo benè, ac ueridicè ſoluta fuerint duximus, quãdoq; uerò ad ipſos nos remiſimus: ſic .n. Ariſto. & Plato faciunt, & qui poſt ipſos ſecuti nos docuerunt. Nec accuſabor ſi non adeò concinnatè ſemper, & ſpetioſè ſcripſimus, quippe id nec mihi adeſt, & ſi planè afforet ſtilus iſte nõ recipit, quòd nec Cicero quidẽ in hac facultate inſeruit, ac puerile eſſe hic uti ſermonibus accõmodatis, hocq; genus inexpertum eſt mihi, nam è puerorum muneribus abſui, & fama mea tenuit murmure forſitan interdum, & ſibilis laceſſita clandeſtinis, nullum hactenus quod ulciſcerer, uel uitarem iudiciarium vulnus excepit, & uerbalem ferre opem alienis vulneribus, non eſt noſtræ profeſſionis. Circa ordinem adeò infacilitatem reduximus vt Ariſtotelis artificioſiſſimi, & obſtruſiſſimæ calumniæ intentio credo ſit vulgaris: hanc primam partem in ſeptem diſceptationes diuiſimus, & quia Ariſtoteles erat defendendus, propterea ipſum ſemper primo loco ſituauimus. In ſecunda verò cętera opuſcula, & quæcunq; manabunt impugnabimus. Ne igitur longior præfatio libellum breuem, non aliter quàm grande caput exiguum corpus præmat, cùm nil ſit ſine menſura, ac partium proportione formoſum, implorato diuino auxilio incipio.

PRIMA

PRIMA DISPVTATIO

De Principijs Naturæ.

ARISTOTELIS opinio de principijs rerum naturalium eſt quòd tria ſint.ſ.materia,forma, & priuatio, quam rem primo inueſtigauit ex contrarictate, quia omnia ſublunaria corrumpuntur, ſecundo omnes in hoc conueniunt, ex quo nactus eſt eſſe plura, quia contrarietas eſt inter plura, & volens introducere tertium, improbauit eſſe duo, cùm non ſufficiant, quia vnum non agit in alterum, poſtea repugnabat ſibi dicens principia non eſſe contraria: & vt contradictionis notam aufugeret, ſubiecit tertium.i.materiam, & ſic priuatio,& forma ſunt contraria, materia verò, & forma non: tria itaque eſſe concluſit, quod probauit, quia in omni generatione tàm naturali, quã artificiali, tam ſubſtantiali,quàm accidentali tam ſimpliciter, quàm ſecundũ quid ſemper quod fit ex contrarijs fiet, at ſi concurrit tertium, tria principia erunt, quorum duo per ſe.ſ.materia, & forma, quia ex eis compoſitũ, fit per ſe,& in illa itidem reſoluitur, priuatio verò per accidens,quia ex ea per accidens,quæ non eſt per ſe,& nihil fit expriuatione,ex qua ſi quid fieri intelligetut vt è termino è quo intelligendum eſt. Et reſpondens quomodo id quod fit ex ente fiat, dixit quòd contingit quod materia reperiatur ſub forma alicuius,& ex ea fiat aliquod non per ſe, ſed per accidens, vt canis fit ex leone, non ex cauſa efficienti, ſed vt ex materia canis, cui contingit quod reperiatur ſub forma leonis, ſicq; talis materia eſt in actu pèr accidens, & hoc modo generatio fit ex ente per accidens, non per ſe: quare omne quod fit,ex his tribns fiet principijs, duobus uidelicet contrarijs, & vno ſubiecto,ambo recipiente viciſsim.

Telelius.d.duo eſſe prima principia.ſ.calorem,& frigus, & molem quãdam corpoream,quam appellauit materiam, hinc calor abſcindens partem materiæ, quę erat indifferens ad vtrumque conſtituit cœlum, & viget hic calor pręcipuè in ſole, frigus rurſus abſcindens alteram partem conſtituit terram: Calorem inſuper, & frigus ſubſtantias eſſe incorporeas,frigus autem in corporibus ſecũdis non habet vim conſtituendi,ſed habet vim obtundendi,& retardandi: & calor qui eſt in ſole cum calore qui eſt in ſemine producit entia: & hic primus calor qui producit ita hoc ens quòd non aliud modificatur per calorem qui vi detinetur in ſemine, & pro vt frigus diuerſimodè retardat illud, & obtundit diuerſa producuntur entia, & rerum

rum diuerſitas conſurgit.

Diuerſitas opinionum philoſoph. de mũdo, & eius principijs

Marta. Multi mundum incœpiſſe, & interiturum dixerunt, vt Stoici, Trimegiſtus, & Sibillæ & fides noſtra orthodoxa tenet quidam ſemper fuiſſe, & creatum fore aſtruunt, vt Peripatetici, quorum princeps eſt Ariſtoteles, quidam non ſemper fuiſſe, ſed genitum, & nunquam deficere affirmant, vt Academici, quibus Plato præerat: rurſus quidam vnum tantùm vt Pythagoras, quidam innumerabiles mundos, & diſſolui, & gigni prædicabant vt Demoſthenes, & Anaximander, nec ſolum de mundi duratione, & vnitate, verùm etiam de ipſius, & ſingularum rerum in eo contentarum principiis diuerſa ſenſeres Anaxagoras Anaximandros, Empedocles quodammodo poſuerunt vnum principium rerum, & quodammodo multa, equidem in hoc conueniunt quòd vnum ponant materiale principium omnium, ſcilicet cahos cõfuſum ex quo per ſegregationem fiunt aliqua principia ex quibus res naturales generabant, differebant tamen Anaxim. ab Anax. quia ponebat illud cahos confuſum, & infinitum, aliaque principia ſeparari ab ipſo per alterationem, Anaxagoras vero dicebat illud finitum, & principia alia per ſegregationem ab ipſo ſequeſtrari. Emped. & Anax. etiam diuerſificati, ſiquidẽ Emped. poſuit mundum infinities generari, & infinities corrumpi ſecundùm ſegregationẽ in qua aliquando erat ſtatus, & commiſtio principiorum, quæ vocabat elementa, & per quantùm temporis manebant ſegregata erat mundus, per quantùm verò corrupta cahos, & mundus corruptus vocabatur, ſicque infinities fieri. Anaxag. verò poſuit cahos ab æterno fuiſſe, & intellectum aliquando incepiſſe ſegregare principia ex quibus fiunt alia, & tunc mundum incepiſſe, & quia hęc ſegregatio nunquam ceſſabit, quia eſt infinitorum principiorum conſilium, & contrariorum, puta infinitarum partium oſſis, carnis, ſanguinis, &c. Ideo mundus nunquam corrumpetur, ſicq; multiplex eſt differentia: Alij etiam de naturaliter loquentibus poſuerunt tantùm vnum principium dicentes omnia eſſe vnum, ſic quod non multa ſunt entia, nec aliud quàm tale principium, vt Parmenides qui poſuit tale principium finitum, & immobile, Alij poſuerunt vnum principium materiale etiam diuerſimodè, vt refert Auguſt. 8. libr. de ciuit. Dei cap. 2. Tales mileſius vnus ex ſeptem ſapientibus appellatus aquam putauit eſſe rerum principium, & hinc omnia principia & elementa mundi, parteſq; omnes eius, ipſumque mundum, & quæ in eo gignuntur exiſtere. Anaximenes omnium rerum cauſas infinito aeri dedit, eò quòd minimè ſenſibilis eſt. Diogenes etiam aerem diuinæ tamen rationis compotem rerum eſſe materiam eſt opinatus: Hipparcus. Heraclitus, Apollinates vnum ſanè & ipſi principium materiale poſuerunt, ſed ab aqua diuerſum, Alij dixerunt eſſe ignẽ propter eius durabilitatem, cùmq; à contrariis remotiorem videamus, nonnulli medium inter ignem, & aerem, vel inter aerem, & aquam, vt à contrarietatibus quæ in elementis reperiuntur ſit maximè remotum, nullus poſuit tale principium eſſe terrã propter eius

ſtabili-

ſtabilitatem, & ſenſibilitatem, niſi Heſiodus, & quam hic Teleſius vocat agens principium. Plato omnium materiam ſpeciem inuiſibilem, ſinum informem, potentiam nudam, matrem mundi, nutricem formarum, ſubiectum, receptaculum, infinitũdinem, ſiluam, & origenem nominabat. Diuerſificabãt antiqui etiam Philoſophi quò ad modum generationis rerum ex tali principio. Alij quidem poſuerunt res generari ex tali principio ſecũdùm rarum, & denſum, alii vt platonici ſecundùm magnum, & paruum, & primi dicebant rarum, & denſum eſſe principia formalia, & contraria, alij magnum & paruum eſſe principia materialia, & contraria, ſpeciem verò, ſiue ideam eſſe principium formale, qui omnes ponebant aliqua cõtraria ſecundùm eccellentiam, & defectum, & ſimiliter rarum vt d. caliditatem, & denſum vt d. frigiditatem. His ſuccedens Ariſtoteles omnes refellit, & carpit in ſuis libris de principiis, cuius rationibus, & ſi ſerò, clarè tamen patent futiles eorum ſententię. Damnauit etiam Ariſt. quòd calor & frigus nõ ſint principia, Parmenidem, & Meliſſum & iſti calorem & frigus principia poſuerunt, & ab iſtis veterem hanc opinionem ſumpſit Teleſius, & ipſi à Pythagora, à Trimegiſto, & à Platone demum ſcripta eſt. Vt itaque auſpicemur improbare hanc ſententiam, ſcilicet calorem & frigus non eſſe rerum principia, omiſſis multis rationibus theologicis, quarum licẽtiam impetrare non poſſumus vt hoc loco ſcriberentur, naturali via, ac ordinaria id impugnemus.* Et primo ſi calor & frigus eſſent principia, tunc non eſſent contraria, per te iſta ſunt duo contraria, quę poſſunt ſe corrumpere vſque ad interitum, & ſic fateri cogeris, ergo ſumma caliditas, & ſumma frigiditas poſſunt ſe reducere vſque ad non gradum, & cùm deueniſſent ad gradus medios totius latitudinis ceſſaret contrarietas, & ita actio, & cùm vltimus gradus frigiditatis non poſſit corrumpi niſi à ſumma caliditate, alij enim gradus ei non repugnant, tunc caliditas non poſſet corrũpere vltimum gradum frigiditatis, & idem eſt de vltimo caliditatis, ergo eſſent non contraria, cùm vnum alterum corrumpere non poſſet. *P. ſi ponis iſta principia contraria, & vnum maioris actiuitatis, tunc continuè minus ageret in maius, quare aut motus eſſet infinitus, aut deueniremus ad a qualitatem, & ſic non eſſet complexio, conſeq. patet ex aſſumpto cùm frigiditas ſit minor potentia caliditate, cùmq; agant, & patiantur inter ſe. Et ſi potentia minor aget in maiorẽ eſſet opinio Heracliti ab Ariſt. improbata. *P. tunc caliditas tantùm eſſet actiua, quantùm reſiſtitiua, quod falſum, quia plus poteſt caliditas in vnum, quàm frigiditas in mille, quia caliditas per idem agit in frigiditatem, per quod ei reſiſtit, ergo tantùm eſt reſiſtitiua, quantùm actiua, nam ſi agit per duo, & reſiſtit per vnum, ergo idem erit vt duo, & vt vnum, ſic vnum, & non vnum, ſi per vnum agit, & per alterum reſiſtit, ſit. a. illud per quod agit, & b. illud per quod reſiſtit, cùm realiter a, & b diſtinguantur, corrumpatur. a. remanente ipſo b. certum eſt quod a. in ſui corruptione reſiſtit, vel igitur ſeipſo a. vel alio, ſi alio, ergo proceſſus infinitus ſi

Quòd calor & frigus nõ ſint principia.

1. ratio.

2

3

B ſeipſo,

ſeipſo, ergo ſtandum erat in primo quod caliditas ſeipſa reſiſtebat, & cùm ſeipſa agebat, ergo idem agebat, & reſiſtebat, ergo tanta actiuitas quãta reſiſtentia, ergo non habebit maiores vires ipſa frigiditate. *P. tu ponis iſta
4 principia contraria, vnumq; ex altero fieri, cùm ſe inuicem agant, & patiantur, ſit igitur calidum agens a. agat in frigidum b. paſſum, & idem a. ab eodem b. repatiatur, cùm autem ipſa nõ poſſint eſſe æquata in potentiis, quia tunc neutrum aget in reliquum, cùm actio non proueniat niſi ex victoria motoris ſupra motum, quod etiam tu concedis, ergo inæquata, quare cùm fortius agat in debilius, ipſum debilius non poſſet reagere in fortius, aliter fortius patererur à debiliori, non igitur ſeinuicem agunt. *P. tunc con-
5 traria ſimul per idem ſubiectum intenderentur quod eſt impoſſibile, nam ad vnius intenſionem ſequitur alterius contrarij corruptio, conſeq. autem ſic deducatur, ſit a. calidum, quod ad b. frigidum habeat proportionẽ quadruplam, ſic quod totum a. agat in totum b. ipſum autem b. non agat niſi in quartam partem a. quæ ſit c. pars autem reſidua a. quæ non eſt repaſſa ſit. d. quod autem idem c. calefiat ab ipſo d. arguitur, quia d. ad c. eſt ſufficiens contrarietas, cùm d. ſit ſummè calidum, vt ſupponitur in caſu, & c. aliqualiter frigidum, cùm c. patiatur à b. per frigiditatem, & ſummæ caliditati repugnat quilibet gradus frigiditatis. d. etiam eſt debile applicatum ipſi. c. cùm ei continuetur: habet etiam d. ſupra c. ſufficiens dominium, vt ſatis patet cùm d. ſit potentius c. & b. vt ſuppoſitum eſt, quare d. aget calefaciendo c. Amplius c. eſt inter d. & b. contraria, ſed per conceſſa b. impotentius d. agit in c. ergo à fortiori d. aget in c. Confirmatur. d. agit in b. remotum per c. intermedium, ergo idem d. aget in c. patet conſeq. quia non fit actio in diſtans, niſi per propinquum, quare cùm c. calefiet ab ipſo d. cùm
6 etiam frigeſiet ab ipſo b. ergo c. ſimul calefiet, & frigeſiet. *P. per iſta media ſuperioris rationis neceſſe eſt aerem qui intermedius ponitur ſimul calefieri, & frigeſieri.* P. tunc nullum agẽs poſſet ſibi aſsimilare aliquod paſ-
7 ſum, probatur quia ex quo ſummè calidum debet ſibi aſsimilare ſummè frigidum, illud ſummè calidum remittetur in caliditate, ſed remiſſe calidũ non poteſt facere aliquod ſummè calidum, cùm nihil agat vltra proprium gradum, ergo nunquam ſummè calidum factum remiſsè calidum faciet il-
8 lud frigidum ſummè calidum.* P. ſi quod ſummè calidum poteſt facere aliquod frigidum ſummè calidum, ſit igitur calidum a. & frigidum b. & ſignetur primum. ¶ In quo b. eſt factum omnino ſimile a. quæro nunquid immediatè ante hoc ¶ ſignatũ b. frigefaciebat ipſum a. aut non, ſi non, cùm immediatè ante hoc a. agebat in b. & b. non agebat in a. ergo calidum agendo in frigidum non repatietur ab eo, ſi verò b. agebat in a. & non inſit per frigiditatem, & tunc nulla eſt frigiditas in b. ex quo ipſum eſt ſummè calidum infinitè, ergo modica frigiditas erat in b, ergo infinitè modicè potentia b. immediatè ante hoc erat ad infrigidandũ ipſum a. & a. magnæ erat reſiſtentiæ ne b. ageret in a. ergo immediatè ante hoc b. non poterat agere in

a. fri-

a.frigefaciendo ipſum a.tenet conſeq.quia aliter à proportione minoris inæqualitatis proueniret actio. P.ſi immediatè ante hoc frigefiebat ab ipſo b. ergo immediatè ante hoc ¶ in a.intendebatur frigiditas in ipſo b.& tunc nulla eſt frigiditas in ipſo a. ergo certa latitudo frigiditatis ſubitò eſt corrupta, quia ſi immediatè ante hoc ¶ cõtinuè intendebatur frigiditas in a.ſignetur vnum ¶ intrinſecum tẽporis menſurantis iſtam frigefactionem, & ſit illud.d.tunc ab ¶ vſque ad ¶ quod eſt præſens fuerit cõtinuè inteſa frigiditas ipſius,& nunc in a.nulla eſt frigiditas,ergo nunc primo magna latitudo frigiditatis eſt corrupta, non itaque calor & frigus poſſunt ſe inuicem agere, & reagere alterum expellendo reliquum. *P.ſi a.calefacit b.nequaquam b. poteſt frigefacere a. quia videmus ſi a. pellit b. ad vnam differen- 9
tiam poſitionis ipſum a.ab eodem b.ſimul minimè pelli ad oppoſitam,hoc autem non videtur poſſe procedere, niſi quia a. ſic pellendo b. ſuperat ipſum b.& eo dominatur,quare b. cùm ſit ſuperatum non poteſt ad oppoſitum pellere ipſum a. ſicque ſi a.calefacit b. a.ſuperat, & dominatur, & b. ſic ſuperatum non poterit agere in a.cuius oppoſitum ponis in morte.

*P. ſi iſta ſunt contraria, quomodo poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto. 10
calidus.n.corde, & frigidus manibus, ſed calor plus poteſt in mille quàm frigus,ergo deberet expellere manuum frigiditatem.* P.ſi cœlum a.poteſt
calefacere terram b.& b.frigefacere a.non minus a.poſſet localiter mouere 11
b. ad vnam differentiam poſitionis, quàm ipſum b. mouere a. localiter ad oppoſitam differentiam, quod eſt impoſsibile, quia ſic idem moueretur motibus contrariis ſecũdùm locum,nam ſi a.mouet b.ad dextrum, ipſum a.mouetur etiam ad dextrum, & ſiniſtrum,motibus igitur contrariis. Vel ſaltem poſſet moueri,ſed hęc potentia d.inordinationem in ſplendidiſſima curia.* P.quo ſenſu cognoſceretur iſta magna moles,quam materiam no-
minamus, ſi fateris velle inquirere principia ſubſtantiæ ſenſibilia. * P.ſi 12
omnes res naturales eſſent compoſitæ ex calore, & frigore, cœlum etiam 13
ſic eſſet. Nec ſapit veritatem calorem tantùm abſcidiſſe vnam partem materiæ, quæ nunc eſt cœlum,cùm caloris ſit diſgregare, diſgregaſſet ergo materiam,& ita cœlum adhuc ſtare non potuiſſet. * P.ſi ex hoc quod fri- 14
gus diuerſimodè retardat calorem, diuerſa producerentur entia, tunc iſta non eſſent contraria, quia non ſemper agerent,& paterentur, quia quando calor vincit, frigus eſt victum,ſuperato igitur hoc,eſſemus æterni, quando autem morimur frigus ſuperaret calorem,tanto igitur tempore aget,& tanto non. Cur verò nunc morimur,& non prius? Curque ſi victum frigus,& minoris actiuitatis,caliditatem vincit in ſuo ſolio reſidẽtem? Eſt ne aliqua aula vbi frigus abſconditur, ex qua potens ſit quantò citius poterit exire?
*P.ſi calor ſeminis, qui vi detinetur ibidem modificãdo calorem ſolis ge- 15
nerat, ergo non calor vteri,cuius oppoſitum defendit ille tuus diſcipulus ſcaffinus, & oppoſitum demum probabimus. *P. principia non fiunt ex 16
aliis,quia tunc eſſent compoſita, ſed calor fit ex aliqua re, fit.n.motu ferri

 & lapidis,

& lapidis, & per te eſt eiuſdem ſpeciei cum calore ſolis. Et rurſus frigus
fit motu,quantò.n.plus aqua mouetur,tantò frigidior, vt patet ad ſenſum.
17 * P.illa ſunt vera principia rerum quibus poſitis ponitur res, ambobus igi-
tur poſitis, vel altero iſtorum nulla res ponitur, probant abundè hoc peri-
Hoc infra patetici,quod nunquam à te vidi improbatum. Elementa autẽ diſtinguun-
probabitur tur à cœlo per graue, & leue quia per moueri ſurſum,& deorſum, non ita-
18 que iſta in ipſis principia ſunt.* P.ſi calor eſſet principium,ergo anima cor
ruptibilis. Eſt.n.materia, expectat perfectionem ab altero principio à ca-
lore,ſ.per te,qui eſt eius forma,& anima,hæc igitur cùm ſit calor corrum-
petur: quòd ſi de ſenſitiua tantùm dices, manifeſtandum tibi erat ſenſu,
quomodo vnum & idem erit ſubſtantia, & accidens, ſenſitiua quidem in
homine eſt accidens.perbellè hoc D.Tho.ſuis doctiſſimis rationibus exa-
rauit. Nos ẽt in Apologia noſtra de immortalitate animæ.Nec põt eſſe ac-
cidens cùm ſit principium. Nec ſubſtantia quia tunc forma erit, & per te
principium,Et tunc homo eſſet formatus,& non per animam intellectiuã,
quod non eſt cattolicum. Nec poſſunt eſſe duæ animæ quæ dicantur for-
19 mæ,ratione Ariſt.contra Plat.i.de anima in fine.* P·ſubſtantia non cogno-
Infra hoc ſcitur ſenſu, non igitur calor eſt principium.* P. ſi calor eſſet principium
diſputatur. rerum naturalium, tunc forma elementi, ſiue primi magni corporis eſſet
forma mixti, quod eſt falſum,probatur, quia tunc generatio mixti eſſet al-
teratio, quia ipſa eſſet formarum elementarium diſpoſitio accidentalis, &
generatio mixti eſſet continuatio,quia elementorum formæ ad continuita-
tem deducuntur per materierum illarum continuationem adinuicem,nul-
la ibi noua ſubſtantiali forma acquiſita,quæ inconuenientia ſunt,quia tunc
mixtum eſset accidens, & non ſubſtantia. P.tunc elementa, ſeu magna
corpora non eſsent materia mixti,imò ipſa eſsent ipſum mixtum,ſed om-
nis anima ſiue virtus, ſiue potẽtia corpus aliud participare videtur id quod
magis diuinum,quàm ea, quæ elementa appellantur. P. tunc anima eſset
ex elementis, & elementorum formæ in certa nobili proportione congre-
gatæ eſsent anima,quod contrad.rationi humanæ. P.tunc mixta ſuperna-
turaliter alterata ad ſuam priſtinam diſpoſitionem non redirent. P. tunc
marmor & ferrum plus ſubſtantialiter conuenirent,quàm ferrum calidum,
& frigidum,quia proportiones calidi,& frigidi conuenientiores ſunt quàm
ferri calidi, & frigidi. P. tunc mixtum non eſsentialiter differret ab alio,
ſaltem de perfectis mixtis,quia omnis ſubſtantia exiſtens in vno,eſt in alio
P.tunc mixtum eſset ſimplex, quia elementa iuuicem iuncta eſsent mix-
tum. P.tunc mixtum non eſset vnum eſsentialiter, quia non eſset ibi vna
forma,quia mixtum in determinata ſpecie locaretur,ſed vnitas eius eſt per
diuerſarum formarum contactum. P.tunc omnis forma mixti eſset æthe-
reogenea,quia ex partibus quantitatiuis alterius rationis integraretur. P.
tunc mixtum non haberet aliquod, quod elementa inuicem contineret, &
ſic ipſa diſtraherentur, ſ.frigida deorſum, & leuia ſurſum inclinarentur.

* P.per

* P. per te calor qui eſt in ſemine eſt idem ſpecie cum calore ſolis, & alter 20
iſtorum oportet vt concurrat vt inſtrumentum, vna igitur portio caloris
erit ſubſtantia, reliqua accidens, ſed ſi vtrumque vt principium concurre-
ret, natura diminuta foret, faciẽdo vtrumque principium imperfectum: Si
dicis alterum poſſe tantùm hoc facere. Contra fruſtra fieret per plura cùm
æque bene fieri poſſit per pauciora. Nec eadem inconuenientia ſequuntur
Ariſt. ponentem ſolem & hominem generare hominem, quia ponit homi-
nem diuerſæ ſpeciei à ſole. P. hominem formaliter agentem, ſolem verò
virtualiter. *P. ſi calor eſſet principium, tunc vna res eſſet in prædicamento 21
ſubſtantiæ, & accidentis. Dicunt quòd non eſt in prædicam. qualitatis. Cõ-
tra ſi eſſet in ſubſtantia, aut eſſet generaliſſimum, aut ſpecialiſſimum, aut
ſubalternum. non primum, quia non ſubſtantia, non ſecundum quia ſub
eo non ſunt indiuidua, non tertium, quia nullo modo prædicatur; Et quod
denominatiuè prædicatur eſt accidens. * P. dicis quod frigus modificando 22
calorem producit ita hoc ens, quod non aliud, quid dicis de igne, nam cùm
plus poſſit vna pars caloris, quàm centum frigoris, magnum frigus neceſſe
fuit ad eius conſtitutionem, & ſi tanto imbutus frigore, quomodo ita tran-
ſparens, ac lucidum, tamque ſublimem ſibi elegit locum. * P. forma in- 23
troducitur tota ſimul, ſicut non calor, primo. n. res eſt aliqualiter calida,
deinde calidior. * P. multa ſunt entia calidiora, & multa frigidiora, ſi igitur 24
frigus retardat ſuum contrarium in entibus frigidioribus, quare non tantũ
frigus obtundit, ſed calor plus poteſt, vt dictũ ergo deſtruendo ſuum con-
trarium entia frigidiora minimè conſtituerentur. * P. materiam, quam ais 25
magnam molem aut actu, aut potentia ponis, ſi actu, tunc compoſitum, ca-
lida, ſ. vel frigida, cùm huiuſmodi ſit omne ens, ſi calida non recipiet calo-
rem, ſat erit naturæ ſuæ quod habet, ſi potentia ergo priuationem cogno-
ſcere oportet, quam minimè tibi fingi poſſe dixiſti. Nec poteſt à te mundi
creatio cognoſci, ſi. n. Deus creaſſet cœlum calidum, & terram frigidam v-
traque molis pars non ab alterutro abſcinderetur, ſaltem debebas eam de-
clarare. * P. non potes negare omne ens calidum viuere, nec cadauer eſſe 26
frigidum, aut erit corpus ſecundum, aut primum, non primum quia non
terra, erit itaq; ſecundum & à frigore cõſtitutum. P. ſerpentes intra ter-
ræ viſcera geniti frigidiſſimi, conſtitutum igitur ſecundum corpus à frigo-
re, vel aliquantiſper calor obtundet, & retardabit, quod ſi eò vſque progre-
dietur, minimè oportebit illam magnam diſtantiam allegare, ad ipſamque
confugere. * P. illa contraria quæ ad alia ſunt reducibilia non prima fateri 27
neceſſe eſt, hæc autem ad habitum reducuntur, & priuationem, & alterum
eſt perfectius, & magis habet rationem habitus. Item ſubiectum exiſtens
ſub vno contrariorum eſt ſemper priuatum altero, & nomen contrarieta-
tis oſtenditur ad oppoſitionem, quæ eſt inter habitum, & priuationem.
* P. quod inhæret alicui ſubiecto non dando perfectionem illi eſt accidẽs, 28
& calor eſt huiuſmodi. ſi. n. per ſe inhæret, &c. ergo omnis calor daret per-
fectionem,

ſectionem, ergo quantò res calidior, tantò perfectior, ſi quidem quãtò plus Deo appropinquamus tantò perfectiores euadimus, modò calor æſtiuus fatigat homines, quos diſſoluit, relaxatque; Nec oportet dicere diuerſos
29 calores, cùm omnis emaneat è cœlo, eiuſdem itaque ſpeciei vt dictum. * P. ſi concedis ſubiectum recipere perfectionem à calore per ſe, omne igitur tale recipiet, & aqua nunquam à calore perfectionem recipit, cùm calefacta contra naturam, nam poſt aliquale tempus ad ſuam priſtinam naturam redit. * P. ſi eſſet ſubſtantia ſimplex, tunc calori non poſſet fieri additio, mo-

Diſp. de elemen. dicetur de aqua

30 dò in malè digerentibus fiunt panni calidi approximando ſtomacho. * P.
31 quę ab eodem agente fiunt & facta ſunt eiuſdem ſpeciei aſtruis, non igitur ſpecies inter ſeſe differrent, animæ.n. quorumcunque animalium à ca-
32 lore tibi conſtituuntur. P. calor aut eſt operatio, aut id à quo ipſa fluit, non primum per te quia accidens, ſi ſecundum, tunc inoperando non calefieremus, ſed ſic eſt, ergo idem eſt operatio, & id à quo ipſa fluit.

Aliqui conantur reſpõdere ad aliquas noſtras rationes probãtes calorẽ, & frigus non eſſe ęterna principia, eò quòd vnum deſtruat reliquum, nam etſi calor corrumpat vnam partẽ terrę, hanc.ſ. noſtram, quã interimit, alia generat entia, deſtruit.n. ipſam generando fruges, plantas, animalia, quando verò ſol diſcedit, illa talia corrumpuntur, ad naturamq; redeunt priſtinam, ideo ex hoc frigus alterius contrarij vigoratur, & ſic nunquam corrumpitur, nec corrumpetur.

1 MARTA. eorum more falſa reſponſio, ſiquidem in hac parte terræ aut eſt corruptum frigus aut non; ſi ſic, quando redit, aut redit idem numero, aut ſpecie, ſi numero reſurrectio dabitur, contra quod ſunt omnes rationes naturales Ariſt. & aliorum, ſi non, ſed in ſoporem iuit, ita ſemetipſum arridet cùm Ariſt. deridet: ſi idem ſpecie eſt hoc frigus reddẽs ad terram, ergo genitum ex calore, & cùm omne agens præſupponat materiam, non poterit eſſe terra eius materia, quia ſi eſſet, tunc fieret calida dum fit, & renaſcitur, nam ſi fit ex calore, & omnia facta ſumunt naturam agentis, calida itaque erit. Nec illa forma reddit ab eodem frigore cùm ſumat robur, quia
2 tunc idem generaret ſeipſum. P. contraria non fierent adinuicem. * P. robur ſumitur ex aliquantulo frigore aucto maiori, vel ex toto maiori frigore, modò totum frigus terrę debilitatum eſt à magna maſſa caloris quę eius
3 maiorem partem corrupit. * P. ſol qui gradiens circundat terram, nuſquam in anno deſinit eſſe perpendiculariter in media terrę parte, corrumpit igitur oriens menſe auguſti & aquilonem menſe ſeptembris, quomodo dum incipit corrumpere aquilonem oriens poteſt ſtatim recipere vigorem, & per frigus idem vigorari, ſi eſſet frigus orientis, quod aquilonem graderetur, tunc aufugeret, & non corrumperetur. Et quomodo tam citò poterit id
4 facere ſi minus quàm calor potens eſt. * P. Sit etiam olla aqua plena, ſemel ebulliens per digitum deficiet, ſumet robur ex ſua natura ſi ad priſtinam redibit frigiditatem, ſępius ebulliens à calore ſemper deficiet, quouſque ad

nihilum

nihilum reducatur. Idem de terra dicendum eſt, ſi robur ſumens ex ſeipſa oportet deficere aliquantulum ratione prepotentioris agentis ſæpius ipſum corrumpentis, ad nihilum itaque vel reducta ſit, vel reducatur citò oportet. P. calor cœli corrumpit terram, & tunc cũ ſol eſt vigoroſior, perpendiculariter. ſ. in zenit, & dicitis corrumpi terram, & generari entia idem ſed ſole maximè vigente nil generatur, ſed omnia corrumpuntur, & quia terra aridiſsima non ſolùm ex ſe non producit, ſed nec ſeminata pro generantur. P. ſi ſol corrumpens terram generaret entia, tunc cùm maximum ſuſcepiſſet robur, & frigidiſsima facta nil generaret, cuius oppoſitum videmus, herbæ generantur, & nos à natura inſtructi frumenta ſeminamus, & quantò plus frigeſcimus tantò ſunt optima. P. ſol exiſtens in cancro corrumpit totam iſtam ſuperficiem, quomodo frigus corruptum reaget in calorem: ſi eſſet frigus alterius terræ partis huc currentis, tũc ſol exiſtens perpendiculariter in illa, & eius calor corrumperet ſine reactione, & ſic inueniens terram ſine eius natura, illicò id faceret. P. frigus eſt per te ſolùm principium patiens, danda itaque tibi erat cauſa perſe à quo ſumet robur in illa parte terræ calefacta, & corrupta, nam ſi ab eodem ergo non ſolùm patiens, ſed agens principium erit.

Telesius. cap. 54. primi lib. d. calorem nõ eſſe accidens hac ratione quia adeſt, & abeſt preter ſubiecti corruptionem, quia licet videatur abeſſe, tamẽ fit diuturnior, & robuſtior, & ſi reiicitur calor à robuſtiore ſi nihil im mutat ad quæ acceſſit, & à quibus receſſit, nõ propterea videatur ſubire vicẽ accidentis, ſed perpetuo eſt ſubſtantia, qua conſtituitur ignis etiam ipſi. calor est ſubſta

Marta. Calorem corrumpi probatum eſt ſuperioribus rationibus aduerſus præcedens caput, & eò potiſsimum medio corruptione. ſ. caloris in vno ſubiecto, eo ipſo non redeunte, nec habẽte principium agens à te poſitum præter ſemetipſum contra te, tantùm patiens ipſum ponentem, tamen perlegendo hunc paſſum hoc mihi denuo ſuppetit, ſi per te licet calor videatur abeſſe, tamen fit diuturnior, & robuſtior, hacq; ratione non eſt accidens, regula iſta eſſet vera per ſe, ergo de omni, ergo omnis calor qui videretur abeſſe, fieret robuſtior, cuius falſitas probatur, ſiquidem omnis virtus actiua, & paſsiua in proprijs operationibus requirũt qualitatẽ, & quantitatem terminatas, & determinatum tempus, ergo non quælibet abſentia caloris ipſum roborat, nec in omni tempore, aliqua. n. ipſum ſuffocat, extinguit, & remittit, nonnunquam obtundit, vt patet valdè exercitatis in medicina in rigoribus & frigoribus contingentibus in febribus calor innatus concentratur fugiens ſuum contrarium, & tunc debilitatur, ſimiliter in timore, & triſtitia, & in multis ſenſatis inducenti patet, non igitur quælibet caloris abſentia, quam cõcentrationem vocant ipſum roborat, nec in quolibet ſubiecto facta, nam exanguia animalia, & corpora frigidę complexionis, quorum calor à frigiditate continentis vincitur, & ſuperatur deterius degunt in hyemę quàm æſtate, vt Gale. prim. par. Apho. Dices febris eſt Dub.

accidens,

accidens, & tamen non adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem, non ergo concluditur contra concentrationem caloris. Ammo. in prædicab. d. calorem febrilem eſſe ſubſtantiam, quod tu primo lib. c. 53. citas. ſed d. duplicem eſſe febrem aliam quæ corrumpit, & ſubiectum mortificat, hæcque non accidens, cùm à ſubiecto, quouſque illud corrumpat abeſſe poſſit, ſed ſubſtantiæ potius dicitur mutatio, quæ mors, ſeu interitus, & corruptio dicitur aliam, quæ non corrumpit, ſed ipſum alterat tantùmmodò animal, hæcque verè accidens, quæ & adeſſe, & abeſſe poteſt abſque eius corruptione, ſimiliter & de immoderato frigore humido, &c. dicendum eſ.

Sol.

Quæſitum peripateti. Quæritur an omne accidens poſsit adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, videtur quòd non, quia mors, & corruptio ſunt accidentia, & tamen non aduenìunt abſque corruptione ſubiecti. N. quòd res, quæ adueniente morte deſinit eſſe, minimè ſubiectum eſt mortis; idem. n. eſt habitus, & priuationis ſubiectum, mors autem, & vita opponũtur ſubiectum autem vitæ eſt materia, quæ eſt ſubiectum animæ influentis vitam, illa igitur materia etiam erit ſubiectum mortis, & quia materia prima eſt ingenita, & incorruptibilis, idcirco huic ſubiecto adſunt, & abſunt vita, & mors ſine eius corruptione, itaque ſicut dicimus de morte, ita & de corruptione, quod. n. per corruptionem tollitur, non eſt ſubiectum eius, ſed terminus, ſubiectũ autẽ generationis, & corruptionis eſt materia, quæ remanet, & N. ꝙ hæc accidentis definitio niſi præter ſubiecti cõpoſiti ex materia & forma corruptionẽ intelligeretur, tunc forma quoq; eſſet accidens, quæ abſq; materiæ corruptione videtur quòd recedat. Contra hoc, tunc ſequeretur nullum accidens eſſe in anima, quæ non ex materia, & forma eſt compoſita, ſed principium eſt compoſiti ex vtriſque, & ſic intellectiones, quæ aduenìunt ipſi, quæue ab ea recedunt, ſimiliter & affectiones ſubſtantiæ erũt, ſiquidem ſi iſta vera ſit accidentis deſcriptio, vt cum ipſo adinuicem conuertatur oportet, ſi igitur omne accidens aduenire, & à compoſito ex materia, & forma recedere, & omne quod taliter aduenit, & recedit eſſe accidens neceſſarium eſt. Reſpondetur quòd accidens, vt eſt vnum de prædicabilibus, de quo datur dicta deſcriptio non accipitur, vt diuiditur contra ſubſtantiam, vtque nouem continens genera rerum: iſto. n. modo accidens non contra diſtinguitur à proprio, ſumitur autem prout. d. habitudinem accidentalẽ prædicati ad ſubiectum, & ſic idẽ eſt accidens, quod accidentale prædicatũ, quod neq; eſt de eſſentia rei, neq; ex principijs rei cauſatur, ſin autem accidẽs accipiatur vt eſt commune abſolutum ad omne accidentale prædicatum, ſiue ſit naturale, & materiale, ſiue ſpirituale, & intelligibile in illa deſcriptione nomine ſubiecti accipitur quodcunque ſubiectum propoſitionis, quia omne tale accidentale prædicatum poteſt affirmari, & negari à ſubiecto reſpectu cuius dicitur accidentale prædicatum abſque hoc quod ratio ſubiecti remoueatur, & omne prędicatum, quod taliter ſe habet ad ſubiectum vt poſſit affirmari, & negari ab ipſò, i. poſſit adeſſe,

Reſponſio.

Dub.

Sol.

eſſe, & abeſſe ab ipſo abſque detrimento rationis eius eſt accidens, vel accidentale prædicatum: At ſi ipſum pro materiali tantùm, vt contra diſtinguitur à ſpirituali accipiatur, ſic in iſta deſcriptione nomine ſubiecti, compoſitum ex materia, & forma intelligitur, tunc. n. omne accidens eſt tale quod poſsit adeſſe, & abeſſe ſiue ſecundùm eſſe reale, ſiue ſecundùm affirmationem, & negationem abſq; ſui ſubiecti compoſiti ex materia & forma corruptione, poteſt. n. tale aduenire, & recedere aut realiter, aut ſecundùm apprehēſionem intellectus, abſque hoc quod deſinat eſſe actu ſubiectum aut in natura, aut in apprehenſione, quare omne quod poteſt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem eſt accidens, non autem ſi aliquod poſsit adeſſe, & abeſſe ſucceſsiuè à materia prima, vel forma quæ principia ſunt cōpoſiti eſt accidens, talis itaque diffinitio de eſſe materiali, non ſpiritualibus, & intelligibilius accidentibus accipiatur, & concedatur affectiones, & intellectiones hoc modo non eſſe accidentia ſpiritualia, & intelligibilia. Dices vnde cauſatur accidens. Dico ex principijs ſubſtantiæ, & licet multoties, illa principia ſint nobis incognita, non oportet vt omnia cauſentur à principiis propriis alicuius naturæ ſpecificæ, ſed ſufficit quod cauſentur ex principiis generis, aut ſpeciei, aut indiuidui, ſingulorum. n. ſunt quædam accidentia propria. Et ſciendum quædam accidētia cauſari ex principiis ſubiecti quò ad actum completum, vt calor ab igne, quædam verò quò ad aptitudinem tantùm, ſicut diaphaneitas ab aere completur ab aliquo illuminante extrinſeco, niſi quantùm ad aptitudinem, & habilitatem alicuius actus, quod igitur dicitur omne accidēs cauſari ex principiis ſubſtātiæ intelligitur aut quantùm ad actū completum, aut aptitudinem. Denique videndum eſt quomodo ex veritate ipſa eſt, quòd calidū fiat ex frigido, &ècontra. Cùm. n. calidum ex frigido facit calidum, non eſt quòd aliquod calidū, quod prius erat ſiue in ipſo calido, ſiue in frigido exeat de calido, vel frigido, nec quod aliquod agens creet tale agens in frigido, ſed quia hæc caliditas erat potētia ad hoc frigidum, & in virtute huius agentis, ideo agēte præſente cum paſſo ex potentia frigidi extrahitur ad actum ipſum calidum, & cùm omne paſsiuum ſit vel prima materia, vel in ipſam reſoluatur, ſic omne actiuum vel ſit primum agens, vel eius agat virtute, cùm non ſit procedendum in infinitum, ideo dicimus omnia eſſe in primo motore vt in efficiēte, & in prima materia vt in ſubiecto, ſic itaque ſi calidum in actu ex frigido faciat calidum, non eſt exiſtimandum vt Democr. quòd à corpore calido exeant athomalia corpora & frigidum ingrediantur per quem exitum, & ingreſſum corpus reddatur calidum, hoc. n. eſt improbatum primo de gen. minuſque exiſtimandum eſt caliditatem exire à ſubiecto calido, & ingredi corpus frigidum, per cuius ingreſſum expellatur frigiditas, lōgè. n. eſt deterior priore hæc imaginatio, cùm ponat accidens migrare de ſubiecto in ſubiectum, quod cōmu: iter non tenetur, ſed fieri dicimus ſecundùm modum prius expreſſum, hæc. n. caliditas prius erat in frigido, & potentia tan-

Vnde cauſatur accidēs

Quomodo calidum fit ex frigido.

tùm, & in calido etiam ſed virtute, nunc autem eſt actu in frigido ipſo, ide dixit Ariſt. 4. Phy. 84. cùm aliquid calefit, caliditatem nõ prouenire ex extrinſeco, ſed prius erat in potentia intrinſeca. * Quæ autem ſit definitio caloris omnes dicimus. Calor eſt qui congregat homogenea, & diſgregat æthereogenea. In hac autem definitione quæritur cur per poſteriores, & non per primas tradita ſit. Et bene dixit Mazonius calidum hic non fuiſſe conſideratum ſecundùm propriam eius naturam, ſed vt ordinatum ab agente principe ad generationem miſtorum, tanquam ad finem, & ſub hoc conſiderandi modo definitum fuiſſe per operationem: at cù m in generatione miſti calidum vniat, & congreget humidum cum ſicco, idem euenit in cõcoctione, quæ à calido ſit, in qua diuerſa quoque congregat alimenta, ex quibus in ventriculo efficitur chilus, qui ex diuerſis rebus permixtus eſt. Cur verò æthereogenea non congreget. Dicimus minimè per homogenea eſſe intelligenda quę eiuſdem ſunt ſpeciei, ſicut nec per æthereogenea quæ diuerſæ, ſed quæ homogeneam. i. ſimilem habent complexionem, & qualitatem, vt liquabilia, vel grauia, & leuia, quęue in vnam naturam ſimilem conuerti poſſunt, per æthereogenea verò ea ſunt accipiẽda, quæ diſſimilis ſunt complexionis, & quæ in vnam naturam conuerti non poſſunt. An autem omnes calores ſint vna ſpecies caloris. Dicimus calorem elementarem eſſe ſicut inſtrumentum reſoluens & conſumans, calorem autem qui ab anima eſſe viuificantem, & calorem cœleſtem eſſe ſpiritum in quo ſunt huiuſmodi calores, quod benè dixit Auer. 1. cap. de ſub. orb. calores huiuſmodi diſtinctos eſſe affirmans. Poſſet ſic probari calorem animæ, & elementi eſſe idem: Ariſtot. enim. 2. de anim. 41. contra Emped. habet calorem animalem eſſe principium augmenti, non calorem elementarem. i. calorem non ſecũdùm vim elementi, ſed ſecundùm vim animæ. P. omnes calores ſunt ijdem, nam 12. Met. 18. vult calores omnes iſtos diſtingui, ſicut calorem ignis à calore artis, ſed calor elementaris & artificialis non ſunt duo calores, ſed hoc diſtinguuntur, iſte enim regulatur, & ille agit abſolutè. Reſpondetur ad primum eſſe dubium aliquorum, & nõ eſſe in textu quòd allegatur, nam Ariſt. non facit mentionem de calore animali, & elementari, ſed de igne, & anima, ignis. n. non poteſt eſſe principale agens augmẽti, ſed inſtrumentum animę, ſed admiſſo quod Ariſt. dicat hoc, non ſequitur ꝙ ſit vnus calor numero, nã calor elemẽtaris eſt inſtrumentũ animalis caloris, & ideo dicitur ꝙ calor eſt principium augmenti non ſecundũ vim elementi, ſed animæ, nõ tamen vnus, & idem. Ad aliud dicimus ꝙ Auer. aſsimilat calorem cœleſtẽ calori artis qui calor cœleſtis habet mẽſuram propriam ad generationem, & motum, & diſpoſitionem corporis cœleſtis, vt d. ipſe ſicuti calor artis menſuram operationis ex arte ſortitur, calor autem elementaris menſuram non habet ex ipſa forma ignis, ſin autem aliquam menſuram, & limitationem habebit, hoc ſibi vt animæ inſtrumentum conueniet, non autem in hoc illi aſsimilatur ꝙ

Definitio caloris 2. de ge. t. 8. & 4. Met. t. 1.

Cur calor non cõgreget æthereogenea.

An omnes calores ſint vnius ſpeciei.

Dub.

Sol.

Ad 2.

ſit vnus

ſit vnus, & idem cum elementari: licet poſſem dicere aliquem eſſe in aliquibus artis operationibus calorem artificialem, qui elementaris non ſit.

Telesius. Primo cap. 37. probare vult æternum eſſe vtrumq; agens principium, nec ipſius rationem obſtare contrarium aſtruĉtem, à calore.n. conſtitutum eſt cœlum corpus robuſtiſsimum, & quod longè abeſt à terra minima, & debiliore, & quæ nõ poteſt corrumpi à ſole: calor.n. qui ſentitur à ſuperficie terræ, vel qui eſt in profundioribus in hyeme eſt factus ab æſtiuo ſole, & non poteſt penetrare vſque ad centrum, quia calor eſt languidiſsimus, & ſi paululũ quid deſcenderet à præpotẽte frigore interimeretur.

Marta. In hac æternitate principiorum non diſſentis ab Ariſt. ſed tu chriſtiane philoſophe dum ſæpius æternitatem nominaſti, quid ipſa ſit, nũquam vidiſti. quomodo.n. iſta principia ęterna, vel creatione ęterna, vel noua factione non declaraſti. Nos ad quæſtionem noſtram remittimus. Cæterum præſentis cap. diſceptatione ſequenti improbabitur.

Telesius. Eodem 37. reſpondet rationi ꝙ calor qui deturbauit frigus terræ, vigens in ſua materia, quam penitus occupauit vllo modo vult eſſe in materia frigoris. ſ. terra, nec ibi viuere, nec poteſt repugnare, nec ſeſe occultare, & nullas latebras ſubire poſsit, in quibus à calore omnia permeante, ac occupante non deprehendatur, ac deprehenſum non exitio detur, at cũ forma exuperans nõ poſsit hoc, nunquã certè à profligata, & omni agendi vi exuta ſuperetur, & deturbetur, deturbari ipſa nolens, ac repugnas.

Marta. Rem iſtam male fingit, calor contrarius frigori, aut alter agit in reliquum, aut non ſi ſic aut habet potentiam ſuperandi alterum, aut non, 1
ſi ſuperat, quia potentior, cui dubium ꝙ materiam alienam occupabit? rem ponit ſua intentione, non veritatem.* P. calefacit terram, & deſiccat, quia 2
deſiccata nolit ibi ſtare, quid tunc erit de terra? corpore non calido, nec frigido, * P. calor tenuifacit, ergo ſic facta terra, & à ſua natura mutata corrumperetur. 3
Aſsignant tenuitatem caloris vſque ad ſuperficiem. Contra. 2. tuo libr. cap. 49. d. ſolis proprium eſt tenuifacere, & ſol potiſsimum agit in terram. P. tenuitas caloris in aere, & cœlo non ſtellato augmentatur ab aliis denſioribus regionibus ſuper cœleſtibus.* P. in fine huius cap. concedis 4
illam potentiam eſſe reducendam ad actum, quę propria exiſtit ſingulorum entium, & per quam ſingula entia poſſunt operari ſecundùm propriam naturam, & alibi dicis caloris proprium eſt calefacere, & deſtruere ſuum contrarium, ad quod deſtruendum habet potentiam, niſi igitur deſtrueretur terra, hæc potentia quæ eſt caloris propria ad actum nõ reduceretur imò ſæpiſsimè videtur hoc in morte, & vita: argumẽtum igitur ab iis quę vt plurimũ poteſt eſſe quod in hæc quoque reduci debeat.*P. nũquam duo cõtraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, alterum igitur expellet alterũ, 5
& in expulſione alterius materiam alterum occupabit, aliter non expellet, vel pellendo ei miſerebitur, & diſcedens à materia, & loco ſui contrarij alterum redibit, & ſic alterum non corrumperetur, vt igitur verè corrumpa-

tur quod eſt contrariorum officium, materiam tranſmigraſſe ambo oportet. P. vos dicitis cœlum non corrumpi, quia frigus eò vſq; peruenire non poteſt propter magnam diſtantiam, ſin autem eò vſque tenderet, corrumperetur at calor cùm tãtæ vis ſit, & ad terram vſque gradiatur, cui dubium eſt ꝙ ipſam corrumpet, ipſam ſic potens facere. P. ſuperioribus tuis verbis primo dicis cœlum corpus robuſtiſsimum, & quòd longiſsimè abeſt à terra minima, & debiliore, & quæ non poteſt corrumpi à ſole, poſtea ſequens dicis calor qui deturbauit frigus terrę, nullo modo vult eſſe in materia frigoris, quæ ſimul non poſsunt laudari.

Aristoteles. d. calorem corrumpi hac ratione, quia terra, & ſublunaria omnia habẽt materiam, quæ poteſt recipere omnes formas, nec vult detineri ab vna, ſed illas, quas ſuſcipere poteſt, appetit, & oportet vt ſuſcipiat, ne illa potentia ſit fruſtrà, omnes igitur formæ, ſunt in potentia in prima materia, actu vna, quæ niſi ęterno tempore quaſi per vices fiant, fruſtrà à natura inditæ eſſent.

Telesius. Rem ponit quam non concipere queas imaginatione,
1 quòd naturæ agentes non agant, & cùm ſint plurimum contrariæ ponit
ſibi connexas, vnitaſque penè & vnum factas in eadem materiæ parte
2 quauis, & puncto ferè eodem exiſtentes. * At ſi formæ omnes perpetuò
materię inſunt, nequaquam forma vlla, vel vnquam generabitur, & corrumpetur, ſed quæ corrumpi videtur, vt in ſoporem deiiciatur, & ex-
1 pergefiat quę generari videtur, at modò actu modò potentia modò agens, & vigens, & modò ſternens, agendi vi exuta, formarum itaque eductio omnis non generatio, ſed expergefactio ſit, aut reſurrectio, quæ ſunt eædem in eadem materia, & id differunt, quòd non perpetuò
3 vigilant, & operantur. * P. mirum ſi materia deiecit formam actu exiſtentem, & demortuam, niſi nihil materiæ natura exiſtat, ſed formæ tantùm in potentia, nullius itaque materiæ, & ſubiecti ſit vſus, ſed ſolùm formæ ſufficiat, quod ſibi non placet.

De natura materiæ, & eius priuatione.

Marta. Cùm quibuſcunque hominibus ſatisfaciendum ſit aliqua manerie diſciplinæ pro vt maiori, vel minori eget declaratione, cùmq; Teleſius iſte materiam cognoſcere non ſe poſſe affirmet, ideo quantùm poſſumus declaremus. Et primo de nominibus ipſius, deinde de natura, & de priuatione. Multa itaque ſunt eius nomina, nam alia propria, alia tranſumptiua: propria ſunt hyle, ſubiectum, maſſa, materia, origo, elementum. Dicitur hyle, vt eſt potentia ad recipiendum formam, ſubiectum, vt actu ſubiicitur formæ, maſſa, quia de ſe eſt indiuiſa, & indiſtincta, & per diuiſionem formarum eſt in ſubſtantiis compoſitis diuerſificata, ſicut maſſa luti, dum ex eo vaſa fiunt, dicitur origo, vt ab ea eſt motus per quem res in ſe producitur, elementum, quia eſt principium in compoſitione, & vltimum in reſolutione. Nomina tranſumptiua ſunt mater, ſilua, fœmina, fraus in tenebris latẽs: dicitur mater, quia ſicut de vtero matris filius in eſſe producitur,

Varia nomina materię.

ſic de po-

ſic de potentia materiæ forma ad actum deducitur per agens naturale ipſam diſponens, ſilua ſecundùm platonicos, quia ſicut in ſilua ſunt lingua, non præpatata, ſed dolabilia, vt tranſeant in omne artificium, ſic materia de ſe eſt indiſtincta per diſpoſitiones, & apta diſponi vt tranſeat in diſpoſitionem diuerſorum corporum, dicitur fœmina, quia ſicut ipſa eſt imperfecta reſpectu viri, nec poteſt in prolem abſque maſculo concurrente, & mouēte formaliter, & effectiue, ſic materia imperfecta eſt reſpectu formæ agētis: nec ex ea poteſt forma ad actum deduci, niſi per agens alteretur, & diſponatur, & forma eius de potētia educatur, dicitur apud Plat. fraus in tenebris latens, quia nos decipit, credimus. n. ꝙ cùm recipit formam quieſcit, & tamen frequēter de vna in aliam tranſmutatur, ideo etiam dicitur varietatum mater, dicitur latens in tenebris quia cognoſcitur cum difficultate, ideo eſt vltima in cognitione, nam primo à nobis accidentia cognoſcuntur, deinde forma ſubſtantialis, & ſubſtantia compoſita, vltimo materia, quam facit tranſmutatio ſubſtantialis cognoſcere. Ariſt. autem multa dedit ei nomina præter hæc. 7. Met. 35. dixit materia eſt ignota, c. 37. dixit ipſa poſita nō ponitur res. 3. Phy. 59. 60. 65. 67. 69. 72. & 3. cœli 72. & 4. Phy. 38. & 49. & 1. cœli 6. & 3. cœl. 6. & 4. cœl. 40. materia eſt infinita, & cauſa infinitatis, & ipſa eſt cauſa ire ad nihil. 3. Phy. 6. eſt cauſa ignorātiæ, & eius quod eſt per accidens. 1. poſt. 178. eſt cauſa deceptionis, & apparentiæ. 1. de gen. an. c. 1. Them. 1. Phy. ſup. t. 65. d. ſemper futura reſpicit, cùm autem quod reſpiciebat habuit, non amplius dicitur materia. 9. Met. t. 9. quod volens declarare Simpl. 1. Phyſ. t. 65. & 75. dixit materia ſecundùm Plat. nullo habitu cognoſcitur, ſiquid autem in comprehenſione eius capimus non amplius dicitur materia ſed ſubiectum. i. pars compoſiti. Hæc materia à Philoſopho naturali dupliciter poteſt conſiderari vel reſpectu tranſmutationis rerum, vel reſpectu ſuæ ſubſtantię, primo modo dixit Ariſtot. quòd ſe habet ſicut lignum ad lectum, vt. n. res naturales non poſſunt eſſe ſine ſubiecto, ſic materia ad rerum generationem, & ideo. 10. Met. 19. materia ſua natura eſt informis antequàm eam recipiat, & 9. Met. 9. materia reſpicit formam futuram. Hæc autem materia eſt ſubſtantia ſicut 7. Met. c. 3. & 4. probat Ariſt. primo quia ſubſtat accidentibus, qua ratione antiqui magis eā quàm formā iudicabant ſubſtantiam. Secundo, ratio ſubſtantiæ eſt vt ſuſcipiat contraria quod proprijſsimè materię conuenit. Tertio quia pars ſubſtantię compoſitæ. Quæ tripliciter cōſideratur, vel vt reſpicit formam, & hanc potius quàm illam & eſt materia actuata, vel vt habet illam, quam reſpiciebat, & ſic non materia, ſed pars compoſiti verè, & quiditatiuè, vel vt eſt ens per ſe, abſque potentia, & comparatione ad formam hocq́ue modo. 1. de gen. 27. materia abſque forma eſt reſpectus, vel nihil quando ope intellectus conſideratur, vt non formam reſpiciens. Potentia igitur eius ſubſtantia exiſtit. Dices potentia aboletur, deſinit, & corrumpitur. P. 9. Met. 3. ſemper potentia includit priuationem. & Alex. 2. lib. natural. quæſt. c. 11. d. materia eſt

An ſit ſubſtantia.

Potētia eſt ſubſtantia materię.

potentia

potentia propter priuationem ſibi connexam ſed priuatio corrumpitur, ergo & potentia. Pro quo N. quod materia eſt aptitudo ad formam, & ſi recipit eam non priuatur eſſe ſuo. ſ. aptitudine quæ eſt potentia ad poſſe eam recipere. Differt autem priuatio ab aptitudine, quia priuatio corrumpitur adueniente forma, aptitudo verò nõ, materia igitur habet aptitudinem quæ dicitur potentia vt poſsit recipere, iſta. n. vt materia non reſpicit determinatam formam, hęc autem aptitudo & ſi adueniat, forma non remouetur ab ea. & ideo 4. de gen. an. c. vlt. materia propter ſui indeterminationem appetit mala, cùm verò dico priuationem dico materiam ad proximam formam recipiendam, priuatio. n. eſt proximi generis, potentia verò & aptitudo ad omnem formam, ideo priuatio eſt abſentia formę contrarij introducendi, potentia verò in qua ſubclauditur omnis forma, & priuatio non denotat materiam ſimpliciter, ſed eam diſpoſitam ad talem formam. Ponitur autem priuatio pro principio, & non potentia, quia potentia poteſt habere actum, in priuatione verò nullus actus includitur, & cum potentia materiæ poteſt ſtare forma humana, cũ priuatione verò non, & materia licet deperdat formam, eſt potentia ad illammet nõ tamen numero, ſed ſpecie, ideo dicimus formas nõ deiici in ſoporem, quia corrumpitur vna forma numero, & materia ad illam non habet amplius potentiam, bene ad aliam quæ ſit etiam eiuſdem ſpeciei cum corrupta. Hæc priuatio vt reſpicit ſubiectum dicitur imperfectio, quia eſt carentia perfectionis, & eſt terminus à quo incipit generatio, & ad quem terminatur corruptio, eſtque principium per accidens, nam materia, cùm eius natura ſit imperfecta, appetit formam, & quia hac priuatio concomitatur formam contrariam, idcirco dicitur accidere materiæ, & denuò adeſſe, & abeſſe, & tamen cuilibet mutationi neceſſaria vt terminus à quo, et ad quem, quia in omni mutatione opus eſt carentia formæ, aliter ad illam non eſſet mutatio, et ideo priuatio eſt principium generationis, et geniti, et cauſa per accidens. Cùm verò dicat Ariſt. per priuationem res corrumpi, intelligit per ſeipſam formam aboleri, nam forma contraria cauſa eſt vt materia priuetur alia forma, quod in eodem ſubiecto ſimul eſſe nequeant. Priuatio igitur habet alium diuerſum modũ principiandi à forma, et materia, ideo ponitur principium rerum, potentia verò nõ diuerſum modum à materia, ideo Ariſt. 2. Phy. 15. cùm dixerit priuationem eſſe formam intellexit diſpoſitionès, quibus ſubiectum imperfectum redditur, itaque ibi priuatio non ſignificat abſentiam, aut carentiam puram, ſed diſpoſitionem imperfectam. P. priuatio eſt principium, quia eſt inter principia contrarietas, et non aliter, niſi quę inter habitum, et priuationem. Hęc autẽ priuatio realiter diſtinguitur à materia, quia vnum manet altero corrupto. P. illa realiter diſtinguuntur, quorum vnum contrariatur alicui, cui alterum non contrariatur ſed priuatio contrariatur formæ, cui materia non contrariatur, ideo ponitur principium et non potentia, quæ à materia non diſtinguitur. Per quam priuationem quæ eſt non eſſe materia corrumpitur, et ideo ma-

Cur priuatio ponitur pro prĩcipio & nõ potentia.

De priuat.

De appetitu materię.

deo materia per priuationem propter ſuam imperfectionem appetit formam, quia ob ſuam indeterminationem nullam peculiarem habet. Hic autem appetitus poteſt eſſe in materia triplici de cauſa, vel ex parte materiæ, quæ eſt infinita, & forma finita, vel ex parte finis. ſ. vt ſeruetur rerum generatio, & corruptio, vel ex parte formæ, quia habet contrarium Dices ſi appetitus materię eſt ad bonum proportionatum, quod eſt forma corruptibilis, cur appetit aliam, & aliam, quæ non ſunt adhuc. Pro quo N. quod id quod non eſt, non eſt appetibile, & ad non ens non fertur appetitus, & quia quęlibet forma. d. perfectionem reſpectu materiæ, licet non ſit, tamen quia eſt indeterminata, ideo eam appetit. O. materia habet actũ perfectiorem. ſ. præſentem, quomodo appetit imperfectiorem. ſ. qui non eſt. Egidius. d. quia materia eſt infinitę imperfectionis, & forma, quam habet eſt finitæ, quæ cùm non poſsit ſatiare eius appetitum, ideo appetit aliam. Nec poteſt materia ſtare ſub vna forma indiuiduali, quia tunc corruptibile ſimpliciter eſſet æternum, nam omne compoſitum ex materia, & forma indiuiduali ſaltẽ habente contrarium eſt corruptibile de ſe: ſic igitur illud compoſitum eſt corruptibile de ſe, ergo ſi materia perpetuò ſtaret ſub illa forma, illud corruptibile eſset æternum, quod eſset contra naturam rei. Dices eſt ne differentia inter potentiam, & appetitum. Dico quòd hic eſt ordo. primo eſt materia. 2. potentia. 3. appetitus, non priuatio, quia includitur in potentia, eſt itaque differentia quia appetitus præſupponit potentiam, ſed non è contra. An autem materia ſit æterna, hoc eſt quæſitum peripat. Eſt materia corruptibilis ratione priuationis, quæ eſt cauſa appetitus eius. Ideo breuiter notemus illam diſtinctionem de appetitu cum cognitione, & ſine, & materia appetit ſine cognitione, quia appetitus cum cognitione eſt animalis, & ſine ea, eſt cum motu, ergo materia prima haberet motum, & eſſet principium motus, quod eſt falſum, quia materia prima eſt principium paſſiuum, bene dicimus materiam appetere naturaliter, quia appetitus naturalis eſt intelligentiæ dirigentis ipſam ad ſuum finem, priuatio autem eſt cauſa appetitus materiæ accidentalis, & diſpoſitiua, non principalis, quæ deſinit per nouam formam, quæ materiæ aduenit, & illa etiam potentia, quæ per ipſam priuationem habebatur, cùm verò ea forma, quæ adeſt materiæ aboletur, materia quoque quæ pars compoſiti erat interit, & deſinit eſſe concauſa cum ea forma, verùm adueniente alia fit compoſiti pars, & reſpectu formæ eſt concauſa, licet enim materia ſemper ſit cum forma concauſa, & compoſiti pars, non tamen vnius, & eiuſdem compoſiti eſt pars, ſimiliter nec eiuſdem formæ eſt concauſa. De hac materia remitto me ad lectiones quas in ſcolis ſæpe diximus. Ex his patere poteſt reſolutio dictorum partis aduerſæ. * Ad primum dicimus quòd naturæ agentes, & contrariæ non ſunt vnitæ, & connexæ quia corrumpitur priuatio particularis, & remanet vniuerſalis. * Ad ſecundum dico quòd non deiicitur in ſoporem, ſed corrumpitur, & quando.

An materia ſit æterna.

Solutio rationum.

Ad 1.

Ad 2.

quando.d.quòd expergeſit alia forma,non eſt numero alia,ſed ſpecie.* Ad tertium dicitur quòd potentia non eſt formæ, ſed materiæ cui conuenit.
Ad 3. Hoc tertium dictum ſic probatur, ſi potentiæ vſus eſſet formę, & non materiæ,tunc forma eſſet principium paſſiuum,probatur,potentia eſt ad illam rem,quæ non habetur,ergo quando res fit actu habetur,ſi formæ ſit vſus potentiæ, ergo ad talem rem ipſa habet potentiam, ſed ipſa generatur, ergo haberet paſſiuam potentiam ad ſeipſam. P.idem diſponeret ſeipſum ad recipiendum aliquod quo indigeret. Forma autem non poteſt eſſe principium paſſiuum,quia ſimul ipſa poſita ponitur res. P.materia eſt incognoſcibilis propter ſui potētiam,ſed forma maximè cognoſcitur,imo eſt cauſa cognitionis aliorum,ergo ipſa actus: vſus igitur potentiæ materiæ eſt. P. ſi nihil exiſteret in natura materiæ,ſed in potentia formæ, cùm potentia ſit cauſa infinitatis, ipſa forma eſſet infinita, modò ipſa eſt finis, & terminus rei,cùm finiat,compleat, & terminet generationem. P.ſi nihil exiſteret in natura materiæ, ſed potentia formæ, tunc forma appeteret materiam vt finem,& optatum,& tunc quæ facta fuiſſent non ſumpſiſſent naturam agentis. P.niſi eſſet potentia materiæ,tunc vi detineretur cum forma,& ita contraria ſimul ſtarent, nam potentia quæ eſſet formæ non eſſet ſufficiens retinendi violenter imperfectum.

Ratiōes peripatet. du ... c.50.t.li

Peripatetici probant calorem,& frigus nō eſſe ſubſtantias. 1 calor & frigus ſunt operationes miſtorum,& quę poſſunt manare à multis eorum,vel à calore,neceſſe eſt vt habeant aliam formam,& aliam ſubſtātiam, & vnius
1 organum ſit calor.* P.quod vni eſt accidens alteri non poteſt eſſe ſubſtan-
2 tia, ſed calor eſt accidens, quia à miſtis nihil corruptis, & nihil immutatis abeſt,& exiſtit ergo,&c. * P.formæ,& ſubſtantiæ non ſunt contrarię inter
3 ſe,quia nulla contrarietas eſt inter equum,& hominem, formæ autem pugnare videntur,eò ꝙ propriæ qualitates earum,& propria organa pugnant, & ſeſe interimunt,aliæ à formis exiſtentes,& quibus ea eſt annexio, & cognatio, vt ipſis genitis formę non generentur,& corruptis non corrumpan-
4 tur,qualitates igitur,& propria organa ſunt contraria,non formæ ipſę.* P. formę non intenduntur,nec magis,& minus ſuſcipiunt,ſed calor, & frigus
5 ſunt huiuſmodi,ergo nec ſunt formæ.nec ſubſtātię.* P.calor,& frigus ſenſu perceptibilia ſunt,ſed formæ,& ſubſtantiæ non ſenſu perceptibiles, non igitur ſunt ſubſtantię, ergo nec principia, nec rerum formæ, ſed qualitates ſunt exiſtentes omnibus entibus, & quę operantur omnia, & in omnibus apparent formarum organa.

Telesivs. Primo cap. 51. volebat probare non aliam ſubſtantiam indendam eſſe entibus, quòd vel agant, vel quid operentur, quod calor agere, aut operari non poſſit, nullam enim ab ente vllo actio-
1 nem, ſeu operationem edi, quæ vel calori aſſignari non poſſit.* Primo nulla operatio editur ab ente vllo, quæ non ſit propria caloris, & actiones entium quomodocunque & ipſorum animalium concoctiones,

nutritiones

nutritiones, generationes manifeſtè à calore fiunt, & eius ſunt opera, ergo &c. * P. ſubſtantia nobilior habet operationem nobiliorem, & non datur ſubſtantia nobilior inter animalia quàm homo, cuius forma, & ſubſtantia eſt anima, quæ non tantùm omnium præſtantiſſima, ſed veluti ex omnibus conflata, & formarum multarum vertex, ſed nobiliores operationes iſtius animalis nobiliſſimi ſunt ſenſus, & motus, quę operationes fluunt à calore, calor igitur nobilior ſubſtātia, minor patet quia ſenſus non calori tantùm, ſed frigori videtur datus, vt declaratum eſt ſuo loco, & motus ipſe manifeſtè eſt proprius caloris.* P. ipſi omnes ſenſus, & motus ſunt viſi proprij caloris, qui ait, ſtolidi, & ignaui, quibus multa ineſt atra bilis, at periti & ingenioſi quibus multa ſed calida, & ad omnem excandeſcentiam, & cupiditatem propenſi, qui diuino ſpiraculo ſpirati videntur, & id non morbo, ſed naturali accidit intemperie, caloris igitur proprij motus, & ſenſus, & intellectus etiam ipſi videtur, qui calore aucto adeo cōcitari videtur, & exacui. *. P. entia, quæ anima agit, & operatur ſunt caloris propria, & calor ea omnia agere, & operari poteſt, exceptis terra, & terræ ſimilibus, permiſtiſque rebus, quare ipſius etiam animæ eſt ſubſtantia. 2 3 4

MARTA. Et ſi omnes operationes à calore proueniant, non ab ipſo, vt à propria fiunt ſubſtantia, ſed perſe primo ab anima vt ſubſtantia, à calore verò vt inſtrumento ipſius. Aduerſarius itaque tenebatur probare operationes omnes perſe primo dependere à calore vt à propria ſubſtantia. Pro ſolutione igitur primæ rationis eſt. N. ꝙ calor naturalis eſt in triplici virtute, vt Ariſt. 6. de anim. virtus. n. quæ conueniens eſt elemento terminanti. ſ. ignis animalia non generat, nec apparet ſubſtentata niſi in rebus humidis, & ſiccis ſubſtentetur, & præter hanc virtutem calor ſolis, & animalis ſunt in corpore, & nō in ſpermate tantùm, ſed in qualibet ſuperfluitate aliarum ſuperfluitatum naturæ, appellat autem ſuperfluitatem hic huiuſmodi materiam ſeminis, & ſanguinem, & humores, namq; calor digeſtiuus qui congregat homogeneas partes ſibi, hoc eſt ſubtile ſpirituale, dulce humidum, & diſgregat ætheregeneas ſibi, hoc eſt groſſum terreſtre, aquoſum expellendo, ille eſt de natura ignis, ſed calor qui eſt principium viuificabilitatis in parte cibi, quæ incorporatur, proprie calor cœleſtis eſt, & præcipuè qui à lumine ſolis, calor autem digeſtiuus ab anima alterans ſecundùm rationem ad ſpeciem carnis, & oſſis, non vſque ad cineres, dicitur calor animalis ab anima. Et calor quidem eſt vnus ſubiecto, & triplex in virtute. ſ. elementi cœli, & animæ, & ponitur ſic in triplici virtute vt proprium inſtrumentum eius. Ideo Ariſt. 2. de ani. arguit Emped. dicētem tantùm calorem ignis eſſe cauſam augmenti, dicens quod eſt continens in contraria, quæ feruntur ignem, & terram, diſtraheretur. n. niſi aliquid ſit prohibens, ſi verò ſic erit, hoc eſt anima & cauſa alimenti, & augmenti. Et inferius. d. quòd ignis eſt concauſa alimenti quodammodo, & nō cauſa ſimpliciter vt anima, ex quibus patet calorē agere virtute animæ, & ꝙ operationes quæ à calore fluunt Sol. ad 1.

ab anima proueniant. Ideo aduerſarius debebat Ariſt. contra Emped. impugnare, & ſoluere. * De concoctione autem quomodo fiat, & quonam modo non ſit opus caloris vt principalis agentis dicamus, concoctionem itaque ſecundùm ſimilitudinem competere animatis, primo tamen, & per ſe competit frugibus, ipſæ.n. maturę, concoctęque vocantur. Et concoctio eſt opus calidi continentis, obtinentis, regulati ab anima, humidum ipſum vincentis, huius duæ ſunt ſpecies, vel maturitas, & tam animatis, quàm anima carentibus competit, propriè tamen inanimatis vt piro dicimus ꝙ eſt maturus, puero autem ſecundùm ſimilitudinem hoc dicimus: Eſt autem concoctio, & inconcoctio ferè ſimilis generationi, & corruptioni, ſicut.n. generatio eſt quando calidum vincit humidum, ſic corruptio quando humidum dominatur, dicitur igitur concoctio quando eſt maturatio, & calidum poteſt humidum ipſum vincere, & ſi calidum eſt ſubtile illud compingendo, tunc vocatur eliſſatio, & eſt vel quando calidum vincit, vel quādo humidum ipſum quoquo modo habet vnire, non.n. poteſt caro cruda incidi cùm non reſiſtat cultro, ſi coquatur benè inciditur, quia humidū ſubtile non erat compactum, cùm verò eſt terreſtrificatum benè inciditur, ſin autem calidum non habebit dominium in humido, ſed ſicco, vocatur aſſatio, & hæc non eſt de intento, ideo dicunt multi quòd non eſt perfecta concoctio, quia non oportet vt humidum reſoluatur in aſſationem, nec vt humidum totum euaporet. Eliſſatio igitur quę à nobis vocatur digeſtio eſt ab aqua, aſſatio verò à dominio calidi in ſicco. His concoctionis ſpeciebus opponuntur aliæ cruditatis ſpecies. Et primæ ſpeciei opponitur immaturatio, quæ vocatur cruditas quando calidum non habet dominium, hoc modo fruges ſunt immaturæ antequam humidum ſit victum à calido. Eliſſationi autem opponitur imperfecta eliſſatio, vocata inquinatio, quando. ſ. humidum ſubtile non eſt reſolutū, & ad circumferentiam deductum, vt ſi tudicula ſimilaginis eſt mollis dicitur inquinatio, quando verò eſt deſiccatiſſima dicitur toſtio, quando ſiccum non eſt deductum ad mediocritatē, & hæc omnia 4. Meteor. Ariſt. pertractauit. Tūc reſpondeo ipſum hic minimè mentionem feciſſe de concoctione animati, tantùm de eis, quę ab elementorum qualitatibus perficiuntur pertractauit, modò concoctiones animati ab iſtis nō fiunt qualitatibus, ſed eſt calidum natiuum quod concoquit, eſtque ſpiritus proportione reſpondens elemento ſtellarum. ideo 2. de gen. an. 3. dixit ſol concoquit fruges, plantas, ſemina. Et Plinius 28. lib. d. ſemina dicuntur concocta. Olymp. d. in concoctione de qua loquitur Ariſt. non mutatur eſſe rei, ſed mutatur tantùm qualitas, concoctio.n. ſorborum fit à calido continentis, qui ſorbi maturi ab immaturis ſpecie non differunt, In concoctione verò quæ fit ab anima mutatur ſubſtantia rei per decoctionem, ideo non loquitur de illa concoctione. * Quòd autem concoctio in animatis ſit opus animæ probatur, concedis tu eundem eſſe calorem corporis, ſolis, & elementi, ſit homo mortuus cibo plenus, ponatur in ſole, eius

Quomodo fiat concoctio & de eius ſpeciebus.

Species cruditatis.

eius calor cibum illius non concoquet, cuius ſignum poteſt eſſe quia ille non euacuabit, iſtæ.n. ſunt operationes viuentis, & ſol eſiccans non concoquet in rebus animatis.* P. quidam nobiliſſimus cùm vult concoquere ponit in ſtomacho lapidem marmoreum frigidum, ergo ipſa non ſolùm calidi, ſed frigidi adiuuantis opus eſt, adhoc vt fiat perfectior ab anima regulati.* Et ego ſero ſemper bibo parùm aquę frigidę vt melius digeram. Et 5. de ſimpl. med. facult. d. Gale. quòd à frigido debet adiuuari concoctio, alterat.n. calorem naturalem, vel per antiperiſtaſim fit calor, idem 2. de alim. facult. cap. de cucumere. d. quando calor eſt ingens quę ſunt facillimę concoctionis non concoquuntur. Dices calidum naturale adiuuatur à calido; Dico ſic, ſed non vt inſtrumẽtum naturę.* Dubitabis vtrum cõcoctio fiat à calido intrinſeco, vel extrinſeco, videmus.n. olera concoqui à caliditate terrę, & poma à caliditate ſolis, & ſorbos à caliditate paleę, ab extrinſeco igitur calore, & concoctio cibi fit à caliditate deſtruente ipſum, ſi.n. concoquitur deſtruitur eius forma, & acquiritur forma carnis, non ergo efficitur à calido proprio.* In hoc dico ſolùm veritatem quòd. ſ. concoctio fit à calido proprio familiari, & niſi ab innato efficeretur, ſed ab extrinſeco corruptio eſſet, nam putrefactio eſt ſupra calidum naturale vincente humidum, quę eſt à calido extrinſeco. Alex. autem dixit quòd cococtio eſt via ad naturam, nam eius finis eſt natura. ſ. vt in conuenienti quantitate, & qualitate, poſſit tale quale ipſum generare, concoctio igitur agit in cibum, vt aſſimilet ipſum ad ſui naturam. O calor deſtruit cibum, quia non poteſt effici concoctio, niſi facta diuiſione. Dico quòd reſpectu finis eſt calidum proprium, non reſpectu huius concoctionis, nam quando calidum concoquit, humidum fluxile terreſtrificatur, & ſic à fine denominatur. Concoctio igitur à calido eſt familiari reſpectu finis, licet ad ipſam pręcedant alterationes. Vnde princeps. 3. fen. primi. doct. prima. d. calor innatus humiditate conſiſtit naturali, & ab augmento extraneę humiditatis extinguitur, ſicut flamma duas habet humiditates aquam, & oleum. Et Seneca loquendo de calore naturali, qui à medicis dicitur ſubſtantificus. d. qui mecum oritur, mecum moritur quia vt Ariſt. lib. de morte & vita generatio eſt participatio animę in calido, & vita eſt eius permanſio, hic igitur eſt calor digerens ſecundùm iſtos. & Auer. 1. canticę com. 73. d. calor naturalis eſt ſubiectũ animę, ſed quia tale calidum in viuentibus non poteſt ſaluari, niſi reſtauretur ex humido, conſumpto ipſo calore, ſequitur per accidens eiuſdem caloris deſtructio ſed calidum elementare poteſt ſaluari in ſicco: digeſtio igitur non à calido elementari perficitur, ſed à naturali. Ideo prohibetur comeſtio panis calidi ſtatim extracti à fornace cùm maximè noceat ſtomacho, & virtuti digeſtiuę, non itaquè quęlibet caliditas digeſtionem procurat. Vnde caloris extranei conſuetudo & natura eſt extinguere naturalem, & ſoluere humiditatem ſibi ſubiectam. * Dices in ipſis inanimatis concoctio ſaltẽ efficitur à calido extraneo.* Olymp. d. quòd hęc perfectio opor- Dub. Sol.

tet, vt fundetur in re quæ concoquit.ſ.calido externo, non in re quæ concoquitur, quia non tranſmutatur à calido natiuo ſuo, vt à calido paleæ fit ſorborum maturatio, ab extraneo.ſ.quia calidũ ſuum ſemet non deſtruet, idcirco Gale.3. de ſimpl.med.facult.cap.19. d. ſi eſſet concoctio rei concoquendę à calido ſuo proprio, tunc frigidi cibi non concoquerentur. P.in animatis concoctio fit à calido proprio, in inanimatis à calido continentis: prima concoctio fit à calido natiuo, quia debet conuertere id quod concoquit in ſui ſubſtantiam, quę cõcoctio mutat formam, ſpeciem, oportet igitur vt fiat calido proportione reſpondente elemento ſtellarum, ſecũda verò à calido continentis, quia in iſta mutatur tantùm qualitas. Secundo dico quod omnis concoctio reſpectu rei concoctæ fit à calido extraneo, reſpectu verò rei concoquentis eſt calidum proprium, ipſa igitur eſt perfectio à calido naturali, & proprio commenſurato. Alex.d. ꝙ calidum habet vim agendi ex oppoſitis paſſiuis, vt ſ.cuique ſpeciei correſpondeat ſua materia, non.n.omnis materia eſt apta concoctioni à quacunque ſpecie, nam materia quæ ab equis comeditur eſt palea, digeritur verò à calido equi. ideo ruſticis non ſunt dandi cibi facilis digeſtionis, nam ita ex multa materia ſicut ex parua non proportionata fit indigeſtio, & inconcoctio, quia calidum debet eſſe proportionatum ſupra materiam, ſed penes quid attendetur perfectio quando res eſt concocta. d. Alex. quando calidum habet dominium ſupra humidum, quia calidum vincens intendit ſibi humidum aſſimilare, quod non poteſt facere niſi concoquat, hęc de concoctione.* Quomodo autem gnerationes ſint à calore eſt ſciendum quòd ſperma eſt veluti materia hominis, habens ſuum calorem qui eſt forma, per quam conſeruatur in ſua menſura, & iſta forma non eſt anima in actu, ſed in potentia, & iſte calor eſt potentia ſpiritus, ideo dicitur eſt in ſemine calor proportione reſpondens elemento ſtellarũ, & iſte ſpiritus incipit pullulare, vnde cauſatur vera anima, calor in hac re eſt operarium inſtrumẽtum, cùm.n.exierit mediante calore ille ſpiritus qui retinebatur in ſpermate ex caliditate aucta in matrice, incipit introduci forma humana, qua introducta ceſsãt partes ſpermatis, & illa anima conſeruat talem calorem pro ſuis operationibus, & actionibus corporeis, calor igitur inſtrumentum non autem forma generationis, & anima. Anima autem plantę, & bruti ſunt in ſemine potentia, non actu, & non potẽtia materiali, ſed efficientis & operantis, efficiens verò inſtrumentarium eſt calidum, materia autem humidum commixtum ſecundùm complexionem ſeminis, & naturam: calidum autem eſt, eò quòd agit. multiplici virtute.ſ. virtute ignis ſecundùm quam habet attrahere ſubtilia apta animationi, & in virtute cœli ſecundùm quam ponit eſſe propriũ formæ, & ſpeciei. & in virtute animę ſecundùm quam recipit à virtute generatiua patris vim informatiuam, & generatiuam organorum ſic anima vegetabilis, & ſenſibilis ſunt in ſemine ſicut in effectiuo in quo eſt proportio ad talem formam, & ſpeciem ſuam.* P.N. quòd calor naturalis ſumitur dupliciter,

De generatione.

Diſtinc. de calore naturali.

pliciter, vel pro qualitate, vel pro corpore calido, quando dicimus calorem naturalem eſſe primum motum corporis, ab anima, & eſſe vniuerſale inſtrumentum animæ pro omnibus operationibus, intelligimus calorem pro calido corpore, & quia anima non habet aliquod frigidum corpus quod iſto modo ſit eius inſtrumentum pro omnibus operationibus, ideo dicitur frigidum non ingreditur opus naturæ, & rectius dixiſſent opus animæ, & hoc eſt primaria intentione.* Quòd autem generatio non ſit ex calore primò, ſic probatur. Conſtat ꝙ ſemen agit, & mouet in generatione, aut principium motus eſt in ſemine, aut extra illud, oportet ꝙ ſit intra, aut eſt calidum, aut frigidum, aut anima, vel corporea virtus, vel incorporea, ſi corporea tunc non poteſt eſſe frigidum, quia hoc non poteſt eſſe principium vitæ generationis, & motus, ſed potius immobilitatis, nec calidum poteſt eſſe, illius.n. eſt alterare in infinitum quouſque eſt combuſtibile, & calefactibile, virtus autem incorporea non eſt, niſi in anima, in ſemine igitur eſt virtus animę, & cùm nulla virtutum animæ ſit ſeparata à ſubſtantia eius, in ſemine erit ſubſtantia eius, calidum itaque cùm non ſit principalis, erit inſtrumentalis cauſa generationis. * P. quicquid eſt cauſa efficiens generationis principaliter, hoc agendo inducit formam ſubſtantialem, ſed calor nō principaliter inducit formam, ſed ſemen, vt infra probabitur, ergo non principale agens, ſed inſtrumentale. Quare omnes operationes naturales, vitales, animaleſque procedunt ab anima mediante calore naturali quod eſt eius inſtrumētum deſeruiens pro omnibus ſuis operibus. * Ad aliam rationem aduerſarij ꝙ ſenſus, & motus ſunt proprij caloris, probo oppoſitum de motu. 1 Et primo ſi motus eſſet proprius caloris, tunc idem eſſet cauſa, & effectus, quia calor generatur ex motu, calor igitur proprius motus, facto.n. motu caleſimus.* P. non eſt ſemper verum ꝙ ex quolibet motu caleſimus, 2 nam ſi volumus reprimere calorem ollæ feruētis flabellamuſeam & fit frigida, motus igitur aliquando cauſat frigiditatem. Et quantò aqua plus mouetur, tantò frigidior euadit, vt patet expertis, in æſtate vinum frigidiuſculum deſiderantibus, in aqua poſitum commouentibus.* P. nec in cœlo motus cauſat calorem, 3 quia tunc primum mobile quod velociſſimo motu mouetur alios orbes vſtularet, quia eſſet alijs calidior. * Nec ſenſus eſt proprius caloris, 4 quia poſito calore in animalibus non ponuntur ſenſus, ſunt.n. aliqua aliquibus carentia. * Et ſi caloris eſſet proprius ſenſus, tunc calor 5 poſſet infinitos facere, & homo poſſet infinitos ipſos habere, nec impoſſibile eſſet, ergo poſſet aliquando habere: ſi verò per ſenſus intelligit operationes ſenſitiuas, cui dubium eſt ꝙ anima ſenſitiua cùm ſit principaliter in corde quod eſt principium omnis caliditatis à quo veniunt ſpiritus calidi depurantes organa, quo mediante vt inſtrumento fiunt ſenſationes ipſæ? ſic etiam intellectus qui principaliter operatur in corde niſi haberet ipſum calidiſſimum, quod contemperaretur à frigiditate cerebri, & fieret aptè diſpoſitus non poſſet operari per ipſum, & quomodo anima non ſit compoſita

Quod generatio nō ſit calore.

Sol ad 1.

Sol. ad aliā

poſita

poſita ex calore ſicut ipſe fatetur, inferius demonſtrabitur.

TELESIVS. 1. lib. cap. 52. volebat probare calorem non eſſe organum ſubſtantiæ neque in igne, neque in animalibus, neque in ente vllo, ſed ſeipſum per ſe exiſtere in omnibus, & eſſe ſubſtantiam omnium.* Primo peripatetici dicunt illam ſubſtantiam eſſe indēdam entibus, cuius vel appareat
1 actio, vel operatio, & cùm nihil intueatur in igne, quod quiuis calor agere, aut operari perſe non poſſit, calor igitur nullius ignis eſt organum formæ: Et tamen ipſi indunt igni aliam ſubſtantiam à calore, quod ſi alia eſſet à calore, penitus interſerit illa, quæ non modò nihil ipſa agat, nihil operetur vnquam, ſed ne calori quidem vires alias, aut alium agendi, aut operandi modum prębet.* P. Peripatetici negant ab agente vllo poſſe conſtitui aliquod
2 quod agentis dignitatem, & gradum exuperet, & quod omnino agente nobilius ſit, poſtea vident ignem non ſolùm ab igne facto, ſed etiam à calore quauis ratione fieri, nam quæ validè, diuque mouentur, & quæ mutuo, valenterque conteruntur, ignis aſſumunt naturam, & ignis fiunt, nam ignis formam calorem ponunt, ſed aliam illi indunt ſubſtantiam longè calore
3 præſtantiorem, & cuius organum ſit calor.* P. peripateticis ponatur calor iure organum animæ ſi quo pacto vel anima ipſa, vel opus eſt, illud mittit, vel vnde opus, eſt illum auocat, vel quomodo eius vires, actioneſque vel intendit, vel remittit, vt ipſe calor ſtupidus cuiuſque animæ voluntatem percipiat, & qua ratione modum immutat peripatetici declarēt, quod niſi faciant, non animæ organum, ſed ſubſtantia, & anima ipſa videri debet. * P.
4 cùm rerum formæ diſsidere inter ſe videntur mirum quomodo omnes illę calore vt primo organo vti videantur, adeoque calori cognatę, & connexę, vt ſine eo operari, aut eſſe non poſsint.

Sol. ad 1. MARTA. Punctus primæ rationis reſiſtit formis quas vocamus elementorum, quod ſi difficultas communi diſtinctione pandatur, clarum fiet grauitatem, & leuitatem eſſe eorum formas in propria natura, ac exiſtentia in proprijs locis, per ipſas.n. primo operantur ſin autem conſiderentur vt agunt, & patiuntur eſſe qualitates, quæ adhuc actus primus accidentalis erit ipſorum, & dicuntur formæ operariæ, & inſtrumentariæ, vt infra patebit, cùm verò aduerſarius. d. formam cognoſcēdam eſſe ex operationibus, concedatur, ſed operationes in igne ſunt caloris ergo eius propria forma eſt caliditas. Dico quod eſſet caliditas quando vlteriorem formam non haberet, modò caliditas eſt effectus leuitatis & cauſa caloris, nam hoc eſt calidū quia leue. P. non quiuis calor poteſt facere omnia quæ poteſt ignis, in concoctione.n. calor naturalis digerit, ille adurit, & alia quæ diximus ſupra. P. per te ignis ſemper eſt in propria ſfera ſi mouetur, ergo imperfectus in proprio loco, quia debet moueri vt acquirat aliquam perfectionem ſi dicis moueri quia calidus, tibi repugnas cùm dixeris calorem eſſe motus effectū,
Ad 2. nec idem poteſt cauſa, & effectus.* Quando dicis rem nobiliorem poſſe fieri ab ignobiliori nec obſtat quod agens exuperet dignitatem, & naturam rei factæ, hoc

ctæ hoc eſt contra te ponentem facta agentis naturam ſumere & tunc res nobiliores ignobilioris naturam aſſument quod falſius. P. quando debent iſtæ res nobiliores fieri, aut habent, aut non habent potentiam ad poſſe fieri, ſi habent, cùm potentia dicat imperfectionem, & reſpectum ad nobilius vt perficiatur, non poſſunt ſumere ignobilioris formam, ſi non habent, ſed vi fiunt, aut alio quouis modo. Contra nullum ignobilius ſecundùm diſcurſum habet dominiũ ſupra nobilius, ſubſtantia igitur fit à ſubſtantia vt cauſa principali, non cauſa proxima. P. datur ſubſtantia, & potentia operatiua, quæ ſe habent vt cauſa principalis, & inſtrumẽtalis, inſtrumentum verò eſt duplex. ſ. ſeparatum, & coniunctum, & inter inſtrumenta coniuncta datur latitudo, quia calor, & potentia augmentatiua coniuncta inſtrumenta animæ dici poſſunt potentia autem magis coniunctum eſt inſtrumentum, nec opus eſt omne coniunctum inſtrumentum moueri à principali, ſed operari principaliter, concurrente ad illud operari principale agente, ſic. n. largè ſumendo inſtrumentum hanc ſufficit habere eius conditionem. * Ex his patere poteſt ſolutio ad duo vltima, anima. n. mediante calore vt inſtrumento operatur, quomodo autem diuerſa operetur mediante vno met, dicimus prouenire ſecundùm quod diuerſis applicatur rebus. P. cùm qualitas conſequatur formam ſubſtantialem diuerſimodè ſe habet ſubiectum ad receptionem qualitatis, ſicut ſe habet ad receptionem formæ, cùm. n. materia perfectè recipit, firmiter, ſtabiliter, etiam qualitatem cõſequentem formam ſicut ſi aqua conuertatur in ignem, cùm autem forma ſubſtantialis recipitur imperfectè ſecundùm incohationem quandã, qualitas conſequens manet quidem diu, ſed non ſemper ſicut patet de aqua calefacta, quæ redit ad ſuam naturam. Ad 3. & 4.

Telesivs. 1. capit. 53. volebat probare non eſſe allatam aliam ab Ariſtot. ſubſtantiam in ſimplicium, vel mixtorum aliorum, vel animalium compoſitionem præter calorem, & frigus, & Primo probat 2. de gen. an. c. 6. inquirens principia ſimplicium & materialia, & formalia. d. primũ principium eſt materia inſeparabilis, ſed contrariis ſubiecta. * P. 2. de gen. t. 8. d. calidum & frigidum humidum, & ſiccum principia apparent, quæ. ſ. videntur agere, & pati, & prima eſſe qualia primorum corporum, & quæ ſe mutuo tranſmutantur principia eſſe oportet, ſola igitur materia, & ſola contrarietas ſatis eſſe Ariſtoteli. viſa eſt ſubſtantiæ alterius neque hic, neque alibi mentionem fecit vſpiam, quæ & ſi altera princeps quæ manifeſtari non poterat, earumque vtatur miniſterio, admonendi ſaltem eramus aliam eſſe ſubſtantiam quæ noſtro ſenſui non ſubiicitur, & per proprias erat manifeſtanda qualitates. * P. 2. de gen. an. t. 7. d. tangibiles oportet eſſe, &c. quoniã inquit conſtat non omnes ſpecies, & principia ponere, ſed tantũ quæ ſub ſenſu cadunt. * P. 3. de part. an. c. 1. ſermonem corrigens. d. ex viribus elementorum non omnibus, ſed calido frigido, humido, & ſicco quæ. ſ. elementorum formæ viſę ſunt aliud quàm forma preſertim in eſſe appareat nullum.

Marginal numbers: 1 (beside "compoſitionem… probat 2."), 2 (beside "cipium eſt materia…"), 3 (beside "&c. quoniã…"), 4 (beside "bus elementorum…").

5 nullum.* P. Alex. Apho. d. calor eſt ſubſtantia quia ignis forma.* P. Am-
6 mon. non id modò ſed febrilem etiam calorem ſubſtantiam dicit in prędi-
7 cabilibus cap. de accidente. * P. nunquam Ariſt. incuſat Parmenid. & Meliſſ. ꝙ poſuerit ea quę ſunt accidentia principia ſubſtantiarum ſed aliquando 1. Phy. 48. & 49. ꝙ non vniuerſaliſſimã dixerit opinionem, aliquando ꝙ non aliam venatus ſit efficientem cauſam, & interdum 2. de gen. 54. quod non aliam venatus ſit cauſam efficientem, quæ pati ipſa impotens, & veluti arte vtens, & rationem illorum moderetur, & quaſi cohibeat vim, quare Ariſt. ſemper ſimplicia componens dixit calorem & frigus eſſe ſubſtãtias.
8 *Idem fecit mixta componens 2. de gen. 22. & 24. d. elementa omnia contrarietatem habent adinuicem, quia differentiæ ſunt contrariæ, his. n. ambæ
9 contrariæ, vt igni, & aquæ, &c.* P. 4. Meteor. 1. edocens generationem rerũ. d. ſimplex, & naturalis generatio facta eſt ab actiuis qualitatibus à calore, & frigore, & ſubiecta materia, calor ergo & frigus non ſolùm ſimplicium,
10 ſed etiam mixtorum formæ ſunt.* P. animæ animalium à calore fiunt 2. de gen. an. cap. 3. & cap. 6. comprehenditur autem, & humoribus in caleſcen-
11 tibus efficitur veluti bulla ſpumoſa.* P. 2. de gen. an. c. 3. d. putrefactis facillimè ingenerantur animalia ꝙ excreta caliditas conſtituit, & componit
12 corpora ipſa. ſ. anima.* P. perfectorum edocens generationem. d. ineſt in omnium ſemine quod calor dicitur proportione reſpondens elemẽto ſtellarum, &c. quamobrem ignis nullum animal generat, ſed ſolis, & animantium generatiuus calor.

Sol. ad quĩque rationes primas

MARTA. Ad primas ſuas rationes ſic reſpondeo ſupponendo vnum quod etiam probauimus. ſ. ſubſtantiam non componi ex non ſubſtantia, & ideo elementa ſunt compoſita ex materia, & forma ſubſtantiali, caliditas autem & id genus ſunt qualitates per quas elementa ſunt actiua, & paſſiua, quia actio eſt merito contrarietatis, & quia ignis vt ignis eſt ſubſtantia, quæ non habet contrarium, ideo. d. Ariſt. ꝙ ignis nõ agit vt ignis, ſed vt calidus. & quia de ratione elementi eſt ꝙ ſit actiuum & paſſiuum de mente Ariſt. locis ſibi allegatis, ita Ariſt. conſiderans naturaliter elementa. d. ea conſtitui ex materia prima, & primis contrarietatibus, quia ad naturalem nõ pertinet vt naturalis eſt, conſiderare ipſa vt ſunt ſubſtantiæ, quia hæc & accidens ſunt differentiæ entis inquantùm ens. Vnde Auer. 4. Meteor. ca. 1. d. ꝙ virtutes per quas elementa ſunt elementa ſunt hæ vires quatuor: elementa autem dicuntur relatiuè ad elementatum, & quia ipſa non ſunt partes mixti niſi alterentur, alteratio autem eſt propter contrarietatem, & mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio, & fortaſſe hoc dixit Alex. nam ſi caliditas eſſet ſubſtantia, transmutatio in caliditatę eſſet generatio ſubſtantialis, & non alteratio, nam vniuoce dicitur in ſimplicibus, & miſtis. Et ſi Ariſt. aliquando dicit ignem eſſe contrarium aquæ, & aerem terrę, & contingit ſubſtantiam ſubſtantiæ eſſe contrariam, hoc non eſt ſecundùm eſſe ſubſtãtiæ, ſed ſecundùm qualitates, & paſſiones inuentas in eis, & quia aliquando dif-

ferentiæ

ſerentiæ ſubſtantiales latent tunc poſſumus loqui per paſſiones inſeparabiliter inſequentes ipſas. Et ſi dicerent ꝙ ad ablationem caliditatis aufertur ignis. Dico ꝙ aufertur per accidens, & do rationem, quia forma non poteſt conſeruari in materia ſine qualitatibus, vt ad ablationem trianguli aufertur habere tres, ſed non primo, ſed mediante triangulo.* Dices quomodo aqua frigeſit à ſeipſa ſi qualitates non ſunt formæ elementorum. * Reſpondetur ꝙ principium illius frigefactionis eſt forma mediante frigiditate quæ in aliquo gradu in ea remanſit, quia non poteſt totaliter ab ipſa explicari, nec obſtat ꝙ frigiditas illa ſit minor caliditate introducta, licet.n.ſit minor formaliter, eſt maior radicaliter, ſeu virtualiter propter formã ſubſtantialem, propriam eius radicem cuius eſt virtus & proprietas, contingere autem poteſt totum pati à toto propter contrarietatem qualitatum actiuarum in toto exiſtentium in continua pugna. Vel aliter poteſt dici ꝙ frigefit ex ſe à forma propria, & à generante per modum ſequelæ eo modo, quo graue grauitando frangit prohibens ipſum deſcendere, & deorſum mouetur, nam ſicut ad formam grauis geniti extra locum ſuum naturaliter, ſequeretur motus deorſum, niſi aliquid prohiberet, ita ad formam aquę ſequitur eſſe frigidum in tanta perfectione, & ſi impediatur à tanta perfectione ſequitur remoto prohibente frigefactionis motus, & ſicut graue grauitando vincit prohibẽs quandoque, ita frigidum frigefaciendo vincit calidum prohibens, quando calidũ illud ab agente illud fouente, deſtruitur, & ſicut graue ſequitur motum deorſum mediante grauitate, ita aquæ frigefactio mediante frigiditate illa à qua non eſt denudabilis, quod autem altero iſtorum modorum, qui valdè propinqui ſunt, fiant, ex hoc patet, quia niſi ſic dicatur, oportebit recurrere ad cauſas extrinſecas.ſ.ad cõtinens, ſed hoc non poteſt rationabiliter dici, tum quia aqua efficitur frigidior continente, tum quia ſi circumſcriberetur continens, aut poneretur naturale nihil minus aqua calefacta frigeſieret, cuius ſignum eſt, quia aqua calida poſita in continente non calido tepeſcit, vnde continens, & quæcunque alia cauſa extrinſeca, non poteſt poni niſi cauſa per accidens vt remouens prohibens, oportet.n.naturalis accidentis alicuius naturam cauſam ponere, quæ intrinſecum principium ſit. * Ad ſextam rationem quomodo Ammo. dixerit calorem febrilem eſſe ſubſtantiam ſuperius dictũ eſt, hanc materiam argutiſſimè tractat Dominus Franciſcus Antonius Viuolus meus pręceptor, & dominus in ſuo commentario libri prædicabilium in cap. de accidente. * Ad aliam ꝙ Ariſt. non incuſauiſſet Parmenid. dicentem accidentia eſſe principia ſubſtantiarum. Dicimus ꝙ hoc eſt principium ſcientiæ naturalis ꝙ accidens non poſſit eſſe principium ſubſtantiæ, imò oppoſitum eſt etiam principium ſuppoſitaliter, accidentis.n.eſt alteri ineſſe, vt Ariſt. millies in ſua philoſophia, & 12. Met. 13. d. ſubſtantia dicitur ens, & ſimpliciter, alia dicuntur entia per comparationem, & 7. Met. t. 4. ſubſtantia eſt prior omni accidente tempore cognitione, & definitione, & com. 13. ibidem accidentium ſubiecta ſunt alia à naturis

[Margin: Dub. / Sol. / Sol. ad 6. / Ad 7.]

earum,& ideo ſubiecta non ſunt genera earum, & 2.Phy.66.d.nihil per accidens prius eſt natura eo quod per ſe, & ita cùm poſterius non poſsit eſſe ſine priori,impoſsibile eſt ſimpliciter ꝙ aliquid ſit accidentaliter , & nunquam eſſentialiter,& 7.Met.21.& in prædicamentis accidentia magis dicũtur pati quàm generari,quia generatio propriè eſt ſubſtantiæ, & 11.Met.c. 7.accidens nullum eſt prius ijs quæ ſunt per ſe, & Auer.in paraphraſi Met. tractatu 1.ca.de ſubſtantia. d.accidens nemo poſuit eſſe partem ſubſtantiæ, ſed inquantùm ipſum exiſtimatur notificare partem eſſentiæ ſubſtantiæ indiuidui,vt qui poſuit corporeitatem quæ conſtat longitudine,latitudine,& profunditate notificare eſſentiam indiuidui ſubſtantiæ opinatus eſt iſtas dimenſiones eſſe ſubſtantias,& Auer.4.cœli.40. & 5.Phy.45. accidentium ſeparabilium,&inſeparabilium conditio eſt vt inueniantur in qualibet ſpecie quandoque, & quandoque non, & ſi eſſent principia eſſent in qualibet ſpecie, & ſemper,& 4.Met.12. d.accidentia ſunt infinita, non igitur principia ſubſtantiæ, & mille alijs locis, eſt itaque hoc ſuppoſitum in philoſophia,& non quæſitum.*Ad aliam dicas vt ad primas.*Ad aliam quomodo

Ad 8.

Ad 9.

generatio fiat ex calore diximus ſupra,calor.n.non eſt terminus generationis ſubſtantialis,nam ſecundùm rem generatio ſubſtantialis inſtantanea nõ eſt generatio aliqua,ſed terminus generationis tranſmutantis materiam vſque ad hoc,vnde non oportet quærere aliud illius principium, ſed illud idẽ quod in toto tempore præcedẽte generabat in inſtanti vltimo illius temporis generat terminando actionem ſuam.*Ad aliam Auer.reſpondet ſemen

Ad 10.

vt apparet ex eius diſpoſitione videtur eſſe excrementum alimenti,nõ quid animatum, patet de neceſſitate ipſas omnes ingredi genitum extrinſecus, & non eſſe genitas vel omnes,vel aliquas,ꝙ tamen manifeſtè apparet ex his diuiſionibus,ꝙ quædam harum potentiarum non poſſunt eſſe ſeparatæ, & ſunt videlicet illæ,de quarum ratione eſt vt non perficiant opus ſuum, niſi per organa corporea,nam non poteſt aliquid ambulare ſine pedibus,neque videre ſine oculo, quod clarius patet de virtute nutritiua cùm impoſsibilis ſit digeſtio abſque ventre, de intellectu verò dubium eſt & c.& cùm id oſtenſum fuerit,ſupponamus hic veluti per ſe notum ꝙ omnis anima materialis communicans alicui corpori compoſito nobilior eſt quatuor elemẽtis,quamuis ex illis conſtet corpus illud, & quemadmodum differunt animæ interſe nobilitate,& ignobilitate,ſic etiam hæc natura,quę animam recepit,& non poſſumus vllo pacto dicere animam ineſſe ſemini,neque poſſumus dicere ipſum nullam habere animam,ſed benè ipſum habere potentiam animatam intelligo autem per potentiam animatam illam virtutem, qua ſemen efficit figuram,& procreationem,nam dicimus ſemen non habere aliquam virtutem nutritiuam actus neque ignem tantùm eſſe dicere poſſumus,neque ab igne originem ducere,vt ait Ariſt.&c.calor autem animalium, & calor qui ad ſolẽ relatus eſt apertè videntur conſtituere corpora animata,eaque generare, & incorporibus, in quibus apparet huiuſmodi

calor

calor fortaſſe erit ſemē in animali prolifico, atque aliquod aliud excrementum naturale in animali infœcundo. Ex his igitur apparet quod.d. Ariſt. ꝙ ſemini ineſt virtus efficiens principium vitę, quæ nec ignis eſt nec ab igne oritur, neque eſt efficiens huiuſmodi virtus efficere animatum abſque ſole, & corporibus cœleſtibus, cauſæ namque infinitæ impoſſibile eſt quin reducantur ad principium æternum, neque poſſumus dicere ipſum eſſe ſubſtantiam ſeparatam, &c. Sed ſi dicatur quo pacto calor animatus in ſemine exiſtens animam producit cùm iam fuerit declaratum ꝙ ex conditionibus agentis oportet vt ſit vniuocum. Dicemus ꝙ non eſt ex conditionibus formæ agentis vt ſit in materia quæ ſit eiuſdem ſpeciei cum materia in quam agit forma. v.g. forma agens ipſius lecti reperitur in anima artificis, quæ differt à materia formæ lecti, quæ eſt lignum, hæc.n. virtus animata eſt ſimilis arti, & continetur in genere naturæ cœleſtis, & id quod ipſam generat eſt de neceſſitate quid ſeparatū ſiue immateriale, cùm videatur agere in aliud abſque inſtrumēto corporeo; iam autem fuit declaratum ꝙ huiuſmodi res vocatur intellectus, &c. Ariſt. autē putat ꝙ illa pars quæ eſt in ſemine promp to adhoc vt fiat fœtus eſt pars aerea tantùm, & quod iſte ſpiritus ingreditur ſanguinem menſtruum cum quo admiſcetur, admiſtione generante in eo ebullitionem, concoctionem, tumorem, & ampullas, in principio autem ſuæ veſsicationis, & tumefactionis apparent ampullæ ex quibus ſecernitur cor, per hanc autem virtutem, vt ipſe putat, fit formatio membrorum, eorumque figura, atq; diſcretio, & datur vnicuique forma ſua complexionalis, propria ſibi, ſed perfecta generatione ſeparatur huiuſmodi pars aerea ex fœtu, & corrumpitur cùm tranſmutetur in aerem exiſtentem in concauo membrorum, &c. Inſuper dico quod in ſemine eſt duplex calor, alter proportione reſpondens elemento ſtellarum, & eſt calor, qui in anima, qui eſt ſpiritus, & ſumitur anima ſub nomine caloris, alter eſt calor qui eſt proprius ſeminis, calor concretiuus. i. ſemen eſt calidum, tunc dico ꝙ caliditas ſeminis eſt inſtrumentum vt educatur, & naſcatur ille ſpiritus qui eſt calor proportione reſpondens, &c. & talis calor eſt inſtrumentum concretiuum, poſtea educto illo ſpiritu anima cóncurrit in triplici genere cauſæ. ſ. efficientis, finalis, & formalis. P. dico ꝙ calor ſecundùm ſuam eſſentiam non eſt actus, nec actuat, quia non eſt ſubſtantia, Pro quo Nota ꝙ potentia actiua ſumi poteſt dupliciter, vel pro proximo operationis principio effectiuo, vt quod, & ſic calor actuat, & ſic nō propriè ſumitur potentia actiua hoc modo, quia non perfectè, & ideo propriè loquendo talis potentia actiua non potentia, ſed principium actiuum vocatur, ſecundo modo pro proximo principio operationis vt quo, habente ſtatum pòtentiæ, & tūc completè habet rationem potentiæ actiuæ, primo modo calor eſt potentia calefactiua, ſecu ndo non: Et vniuerſaliter nulla res eſt propriè potentia actiua, niſi ſit talis ꝙ ſibi conueniat quandoque eſſe in actu primo tantùm, hoc.n. eſt habere ſtatum potentiæ. Vnde aliud eſt loqui de principio actiuo, aliud de

potentia actiua, illud.n. ſimpliciter ſequitur actum, & non opponitur illi, de hac verò diſtinguendum eſt, quia duo includit. ſ. rationem cauſandi, & cõditionem, & quò ad rationem cauſandi. d. actum vt actus eſt, quò ad conditionem. d. potentiam vt potentia eſt, & ideo in ſolo actu permixto potentiæ inuenitur propriè potentia actiua, quamuis in Deo ſumma reperiatur potentia. i. principium actiuum, & nota ꝙ huiuſmodi potentialiter eſt de ratione potentiæ eſſentialiter. i. entis quod ad hoc per ſe primo eſt inſtitutũ vt ſit potentia actiua, & hoc ſufficit noſtro propoſito. Patet igitur expoſitio totius capituli ad lõgum, ſuper quo eſt ſtudendum Sueſſano, ex quibus patet ſolutio ad duo vltima.

TELESIVS. Cap. 55. volebat ꝙ ſi Ariſt. voluerit calorem, & frigus eſſe ſubſtantias, nunc oſtendat quomodo ſi ſunt ſubſtantiæ poſſunt habere
1 contrarium.* Primo Ariſt. poſuit formam, & priuationem eſſe principia rerum, & ſubſtãtias, & tamen eſſe contrarias, idq; pluribus locis Ariſt. aſtruit, quæ.n. genetantur à ſimili, & contrarijs generari omnia, & quæ corrumpuntur à contrarijs corrumpi omnia, niſique ſubſtantias inter ſe contrarias ponat, ipſarum generatio, & corruptio non ab ipſis fiat, ſed ab ipſarum qua-
2 litatibus.* P. hominis, & equi formæ ex adeo diſſimilibus eductæ, vt Ariſt. 10. Met. 12. & 13. adeo diſsimiles illi edentes operationes, diſsimiles, contrariæque videri debent, ſiquidem formalis repugnantia omnis oppoſitio eſt, vel tantillùm diſsidentes, & repugnantes formæ oppoſitæ ſibi ipſis, & contrariæ videri debent.* P. 1. Phy. 43. principia quæ rerum formæ, & ſub
3 ſtantię ſunt, contraria ponit, ijs.n. in primis omnis actio tribuitur, contraria
4 igitur oportet eſſe. * P. 1. Phyſ. 41. nec ab alio oriri principia, nec à ſeipſis mutuo, & ab ipſis conſtitui omnia, prima contraria illa eſſe oportet, & inte
5 gra. ſ. ipſa nihil imminuta.* P. 1. Phy. 48. adeò manifeſtum eſt agentia principia contraria oportere poni, vt antiquiores veluti ab ipſa veritate coacti
6 in hoc conuenere.* P. 1. Phy. 56. contrarius eſt generationis interitus, contrarias itaque oportet eſſe cauſas agentes, quæ agunt, efficiuntque contraria ſint neceſſe eſt.* P. 2. de gen. 6. nos autem ſenſibilium corporum mate-
7 riam quandam eſſe dicimus, eam autem ſeparari non poſſe, ſed ſemper cum contrarietate eſſe, nunquam ab altero contrario ſeiunctam, quod repetens. 1. Phy. 22. d. materiam ponimus inſeparabilem quidem, ſed contrarijs ſub-
8 iectam. * P. conſtituens prima corpora. d. aer eſt ſummè terræ oppoſitus, & aquæ ignis, ꝙ huius formę, ſubſtantiæque illius forma, ac ſubſtantia oppoſita ſit, & contraria, nam ſi qualitas contraria ſit, nõ aqua ignis, ſed huius qualitas illius qualitati.

Sol. ad rões de prĩcipiis

MARTA. Aduerſarius iſte volens ſe etiam oſtendere peripateticum nititur ex Ariſto. probare intentionem ſuam. Omnibus itaque rationibus de contrarietate principiorum pro peripateticis ipſe reſpondet ꝙ rectius dicunt multi quod ſubſtantię non conuenit habere contrarium ratione materiæ, ſed ratione compoſiti ex materia, & forma, eò quod contraria fiunt cir

ca ali-

ca aliquod ſuſceptiuum, ſed materia, & compoſitum non ſunt nata in aliquo ſuſceptiuo fieri, & idcirco ex parte ipſorum nõ eſt contrarietas in ſubſtantia, quia vero forma ſubſtantialis nata eſt fieri in aliquo ſuſceptiuo, vt puta in materia. d. ꝙ ratione formæ nihil prohibet eſſe contrarietatem in ſubſtantia.* Totum hoc eſt falſum, & primo Ariſt. d. 5. Phy. in ſubſtantia non eſt motus, eò quod ſubſtantiæ nihil eſt cõtrarium, ſed ad ſaluandum in ſubſtantia motum non requiritur ꝙ materia ſubiiciatur mutationi, ſed ꝙ forma quę acquiritur, & abiicitur per mutationem habeat contrarietatem, quare ſecundùm ſententiam philoſophi apparet ꝙ in his formis non eſt cõtrarietas. P. d. de ratione contrarietatis eſt maxima diſtantia fundata ſupra latitudinem formæ continuam, propter quod etiam inter contraria poteſt eſſe motus, & acquirũtur, & abiiciuntur nõ ſubitò, ſed ſucceſſiuè, in formis autem ſubſtantialibus non eſt dare talem latitudinem, vnde & acquirũtur, & abiiciũtur ſubitò, & in termino alterationis, impoſſibile igitur in ipſis eſt eſſe contrarietatem ſi de ipſa loquamur ſecundùm perfectam rationem, verum eſt tamen ꝙ tres alię conditiones contrariorum ipſis optimè ſaluãtur, quia formæ ſubſtantiales rerum generabilium ſunt eiuſdem generis Phyſici, & fiunt circa idem ſuſceptiuum quod eſt materia, & ſe mutuò non compatiuntur circa vnam, & eandem partem eius. P. altera conditio quæ eſt maxima diſtantia fundata ſuper latitudinem continuam formæ in ipſis nõ ſaluatur ſicut dictum eſt. * Ideo pro veritate eſt ſciendum ꝙ contrarietas eſt duplex vel ſtricta, & propria, & iſta eſt repugnãtia duarum formarum poſitarum in eodem genere prædicabili exiſtentium, & ſibi inuicẽ ſuccedentium in eodem ſubiecto, & hæc quoque eſt duplex vna perfecta, & talis nõ poteſt eſſe niſi vnius ad vnum, & hæc eſt contrarietas extremorum in illo genere ſicut contrarietas frigiditatis maximę ad caliditatem maximam, & iſta eſt maxima diſtantia talium formarum, alia eſt imperfecta, & diminuta ſicuti contrarietas mediorum adinuicem, & ad extrema, vt habetur 4. Met. c. 27. Alia eſt cõtrarietas impropriè dicta quæ eſt oppoſitio inter habitum, & priuationem, quę rationabiliter vocatur contrarietas, quia ſemper vnum contrariorum propriè dictorum eſt diminutum, & minus perfectum reſpectu alterius, & ſic magis appropinquat ad priuationem, & alterum perfectum, & habet rationem habitus. Et nota ꝙ ſubiectũ exiſtens ſub vno contrariorum ſemper eſt priuatum altero, & nomen contrarietatis extenditur ad oppoſitionem quæ eſt inter priuationem, & habitum Modò cùm dicebat Ariſt. ꝙ principia rerum naturalium ſunt contraria nõ intellexit veram contrarietatem, & propriè dictam, quia talia contraria non ſunt in genere ſubſtantiæ & ſic non eſſet contradictio omnium principiorum rerum naturalium intrinſecorum, ſed eſt intelligendum ꝙ ſunt cõtraria imperfectè, impropriè dicta, vel largè ſumpta, & hæc benè poſſunt eſſe in genere ſubſtantiæ, nam licet vna forma ſubſtantialis per ſe non ſit contraria alteri contrarietate improprie dicta, tamen forma ſubſtantialis generabilis opponitur

Deſtructio

Vera ſolutio ad eius rationes.

tur

tur priuationi ſicut habitus, ita quod quamlibet formam generabilem præcedit priuatio eius in materia. Sed non eſt ita de calido, & frigido, quia opponuntur contrarietate vera, alterum deſtruendo alterum, & alterum verè agendo & contrariando alteri, imò pars alterius in alterius partem, cùm itaque hęc non ſit in ſubſtantia, ipſas qualitates, & accidentia eſſe fatemur: Si enim principia eſſent contraria propriè dicta, tūc principij eſſet principium, vnde præter propriè dicta contraria oporteret eſſe alterum principium, taliſque contrarietas eſt inter accidentia quæ requirunt ſubiectum actu præ-

Quęſitum. cedens ipſa.* Quæres prima contraria in quo genere cauſæ de genere ſubſtantiæ ſunt cauſæ aliorum contrariorum ſiue de genere ſubſtantiæ, ſiue aliorum prædicamentorum.

Reſponſio. * Dicimus ꝙ ſunt cauſę aliorum contrariorum illius generis in genere cauſæ formalis, & contrariorum de prædicamentis accidentium in genere, cauſæ finalis, aut efficientis, aut materialis. Dubitatur, nam videtur ꝙ forma, & priuatio non ſint contraria, quia quæ ſunt in eodem ſubiecto non ſunt contraria, ſed priuatio, & forma ſunt in eodē ſubiecto, quia ſemper cum vna forma exiſtente in ſubiecto exiſtit priuatio alterius formæ ergo, &c. Reſpondetur vt dictum eſt quod proprie loquendo forma, & priuatio non ſunt contraria, ſiue oppoſita ſed ſunt genera contrariorum, ſicut virtus, & vitium, vnde licet liberalitas, & auaritia non poſſunt eſſe ſimul, tamen virtus, & vitium poſſunt ſimul eſſe, & hæc non opponuntur adinuicem, & ſimiliter licet forma ignis, & priuatio ſibi oppoſita non poſſint eſſe ſimul, tamen forma ignis, & priuatio formæ terræ quæ non opponuntur benè poſſunt eſſe ſimul.

Sol. ad 2. * Ad ſecundam rationem aduerſarij ꝙ differentiæ diuiſiuæ generis ſunt contrariæ, dicimus ꝙ non ſunt verè contrariæ, ex quo non poſſunt denominare idem ſubiectum in actu ſimul, nec ſucceſſiuè, ſed dicuntur contrariæ Metaphoricæ per quandam ſimilitudinem, quoniam differentia minoris perfectionis ſe habet tanquam priuatio reſpectu differentiæ maioris perfectionis, nam quando aliqua duo inuicem comparantur, quorum vnum eſt altero perfectius, illud quod eſt magis perfectum tenet locum actus, & habitus, minus verò perfectum tenet locum priuationis, & potentiæ, vt 9. Met. tales ergo differentiæ non ſunt verè contrariæ ſed diſperatæ, ſicut & ſuę ſpecies conſtitutæ per ipſas, homo igitur & equus ſicut non ſunt contrarij, ſed diſperati, ita formę, & eorum differentiæ non inuicem verè contrariæ, ſed ſunt diſperatæ. Deinde conceſſo ꝙ omnes differentię diuiſiuæ generis eſſent cōtrariæ, non ideo habetur ꝙ ſubſtantiæ eſt aliquid contrarium, quia nulla differentia eſt ſubſtantia à ſubſtando dicta ſecundùm rationem Ariſt. ſed à ſuperſtando accepta, inquantum ſuperſtat generi, & ſpeciei, & non eſt in ſubiecto.

Sol. ad 8. * Ad vltimam dico, ꝙ elementorum formæ non ſunt qualitates quæ inuicem contrariantur, ſubſtantiæ verò minimè, non. n. ignis aquam aquę odio fugit, vt Plato in conuiuio, & bene Marſilius his verbis, ſed ſui ipſius amore ne aquæ frigore extinguatur, neque ignem aqua odio ignis extinguit, ſed ſui ipſius amplificādus pro

prij frigoris appetitu trahitur ad aquam ex ignis corpore procreandam, ꝙ ſi abſque ignis interitu explere poſſet, ignem profectò non conſumeret, nam cùm omnis appetitio ad bonum, nullaque ad malum tendat, aquæ propoſitum nõ eſt ignem extinguere quod malum eſt, ſed aquam ſui ſimilem generare, quare ſubſtantia aquæ non eſt contraria ſubſtantiæ ignis, ſed per appetitum, quem habet aqua ei inſitum ex qualitatibus extinguit ignem, imo non ſolùm aqua extinguit ignem, ſed ignis aquam comburit. Sæpius legitur ignem extorſiſſe flumina, & eſiccaſſe illa, quando igitur maius corpus altero eſt, qualitatibus vincuntur adinuicem. At ꝙ iſta corpora vt ſubſtantiæ ſunt non ſunt contraria, probatur, quia ignis non calefacit inquantùm ignis, ſed vt calidus, ſic de alijs corporibus, contrariantur igitur ſibi inuicem per accidens, idem dicimus de formis ſubſtantialibus mixtorum. Dices cõtrarietas effectuum arguit contrarietatem cauſę, ſed calidum frigidum, &c. inuicem contrariantur vt ſunt effectus ignis aquę, &c. ergo & ipſa. Concedo, ſed per accidens. Neque oportet ꝙ tanta ſit contrarietas in cauſis quanta in effectibus, ſicut non tanta diuerſitas nam caliditas eadem numero molliſicat ceram, & deſiccat lutum. Vel aliter dico quando cauſæ ſunt vniuocę effectui, tunc oportet ꝙ contrariorum effectuum ſint contrariæ cauſæ ſecundùm eandem rationem contrarietatis, quando verò cauſæ non vniuocantur effectibus, non oportet ꝙ perfecta contrarietas effectuum arguat in cauſis perfectam contrarietatem, ſed ſufficit quod ponat contrarietatẽ ponentem maiorem defectũ nobilitatis, & quia forma tantò eſt nobilior, quantò ſimplicior, idcirco quamuis calidum, & frigidum propter defectum ſimplicitatis habeant latitudinem, non tamen oportet ꝙ in formis ſubſtantialibus elementorum, quæ ſunt cauſę ipſorum non vniuocę ſit talis latitudo, ſed ſufficit ꝙ ſit in eis contrarietas ſecundum tres dictas alias conditiones. ſ. ꝙ formæ ſubſtantiales eiuſdem in generis Phyſici ſint, & ꝙ fiant circa idem ſuſceptiuum quod eſt materia, & ſe mutuò non compatiantur circa vnam, & eandem partem eius.

Telesivs. 1. cap. 56. volebat probare rationem iſtam eſſe falſam. ſ. ꝙ calor, & frigus ſint accidentia quia ſuſcipiunt magis, & minus.* Primo cùm ſint contraria neceſſario ſequitur ꝙ intendantur, & remittantur, quod Ariſt. non negat cùm omnia ſimplicia, & mutua actione remiſſa, & imminuta mixtis ineſſe placet, non qualitatibus, quia tunc non ineſſent ſimplicia ſi non formæ ipſæ, ſed ſubſtantiæ, ſed ſolę remanent qualitates 1. de ge. 88. & 89. nequaquam. d. fit mixtio cùm eorum quæ miſcentur perit alterum ſi in id quod exuperat acceſſio, formæ igitur ſimplicium ſunt omnes mixtis, vt Ariſtot. etiam nec ſummæ & vigentes, & ad medium actæ, & diminutæ. 1
* P. videntur aliqua animalia præſertim homines aptiſſimo corpore, ſed torpidi penè, & immobiles, ſtupidi, & perpetuò ſternentes, itaque formæ, & animæ vtentis corpore eius quæ eſt è ſemine educta, eſt culpa quę propriam prauè ædat operationẽ remiſſæ igitur, vel remiſſis præditę viribus propriis. 2

*P. for-

* P. formæ quę ad occaſum tendunt manifeſtè intendi, & remitti videntur, languidiſſimè operantes, & vix ſubiectum renitentes, econtra verò quę exoriuntur, & ſubiectum occupant. * P. ſi formę agāt qualitatibus vt proprijs
4 organis .ſ. cum illis exoriuntur, & interimunt, & ab ipſis conſtituantur vt peripateticis placet, vbi illę imminuuntur, & refrangun tur, ipſas itidem formas oportet.

Marta. Primo ſuppono ꝙ nulla ſpecies intendi, & remitti poteſt in ſe, & hoc quidem oportet ponere omninò de ſpeciebus ſubſtātię, videmus etiam quod ſpecies accidētium ſuſcipientium in ſubiecto magis, & minus in ſe non intenditur, nec remittitur, vt albedo, quę recipit in ſeipſa magis, & minus, in ſeipſa exiſtit abſque vlla intenſione, & remiſſione, ergo magis neceſſariū eſt ponere ꝙ nulla ſpecies ſubſtantiæ in ſeipſa poſſit ſuſcipere magis & minus. Secundo præſuppono ꝙ quamuis magis & minus ꝙ præſupponit rationis indeterminationem, quod dictum eſt ſupra poſſe eſſe ſubſtātiam, non requirat duo ſecundùm rem diuerſa, ſed ſecundùm rationem tantum, tamen magis, & minus quod præſupponit realem indeterminationem requirit de neceſſitate duo ſecundùm rem diuerſa, quia requirit rem realiter determinabilem quæ eſt ſubiectum realis indeterminationis, & requirit rem realiter determinantem, quę in re determinabili recipitur, ſpecies autē ſubſtantię non recipitur in aliquo ſubiecto, ſed ſuſcipitur in ſuo indiuiduo, quod non ponit rem, & naturam alicuius ſubiecti aliam à re, & natura eius, & ideo eſt omninò impoſſibile quod magis, & minus præſupponens realē indeterminationem inueniatur in ſpeciebus ſubſtantiæ, ſiue in ſe ſumptis, ſiue in ſuis indiuiduis, non ergo recipit vlla ſubſtantia magis, aut minus vllo modo. Ex quo patet ꝙ impoſſibile eſt vllam ſubſtantialem formam in gradu ſuo ſpecifico habere latitudinem continuam, nam formatum, tali forma conſtitutum dicitur cum magis, & minus ſecundùm quod plus, vel minus participat de latitudine formę, vt album plus vel minus participando de latitudine albedinis dicitur magis, & minus album: ſi ergo ſubſtantialis forma, vt anima humana haberet talem lâtitudinem, tunc formatum tali forma conſtitutum quod eſt homo plus, & minus de dicta latitudine participando, intenderetur, & remitteretur, & diceretur magis, & minus homo, ſiue ipſe à ſeipſo in tempore diuerſo, ſiue vnus ab alio homine quod apertè eſt falſum, & ideo vt extranea à philoſophia eſt abiicienda opinio quæ ponit formam ſubſtantialem habere in ſpecificato gradu ſuo latitudinem. Dices Ariſt. 5. top. d. lux eſt magis ſubſtantia quàm ignis, & ignis quàm carbo, & flāma. Dico ꝙ non intelligit comparationem ſubſtantialem, ſed accidentalem in claritate, & leuitate, & ſic ignis eſt magis clarus, & magis leuis. P. optimè in hoc arguit Reuerend. magiſter Hieronymus de pontecoruo ord. Sant. Dominici meus pręceptor in theologia, & dominus meus. Si in ſubſtantijs reperiretur magis, & minus vel hoc eſſet ſecundùm gradū eſſentię, vel gradum eſſe, non primo modo, quia cùm eſſentia pertineat ad definitionē, quę

eſt ſer-

eſt ſermo expreſſiuus quiditatis & eſſentiæ, per variationem cuiuſlibet talis gradus variaretur definitio rei, & per conſequens natura, & ſpecies eius, & ad hunc ſenſum. d. Ariſt. 8. Met. 10. definitiones ſunt ſicut numeri, ita ſecũdùm gradum eſſentię non poterit eſſe comparatio ſecundùm magis, & minus in eadem ſpecie, cùm variatio talium graduum ſemper indicet variatio nẽ ſpecificam, nec ſecundo modo, quia cùm nos loquamur de formis ſubſtantialibus, ſecundùm quas datur eſſe ſpecificum non poterit eſſe variatio in tali eſſe ſpecifico, ſed variata ſpecie non vlterius eſt comparatio propriè loquendo vt reſpicit eandem formam ſpecificam. His præmiſsis reſpódeo ad primam rationem oppoſitam ꝙ vera contraria intenduntur, & remittuntur ſed ſubſtantia non habet iſtud, non itaque verè ſic fit. Ad dictum Ariſt. ꝙ omnia ſimplicia, & mutua actione remiſſa, & imminuta ſunt in mixtis, concedimus ſed refracta ſecundùm qualitates, quia altera in alteram agit, eorumque hæc eſt mutua actio, & paſſio, ſuntque in mixto ſicut in luto aqua, & terra tamen ambo remiſſa non ſecundùm ſubſtantiam, ſed qualitatem. Nec per hoc ꝙ remiſſa ſunt, & imminuta proprias amittent formas, terra. n. & aqua lutum facta adhuc grauitant, quæ ſunt formæ propriæ, qualitates verò quæ franguntur formæ accidẽtales propriæ, & inſtrumenta eorum formalia dicuntur, quæ non ſunt ſubſtantię vt latius probatũ eſt ſupra.* Ad aliam dico ꝙ nec homo vnus altero magis, nec anima magis eſt altera anima. Pro quo notandum ꝙ ly magis eſt comparatiuum, & comparatio ſecundùm magis, & minus, & æquale poteſt dupliciter fieri, primo infra ambitum eiuſdem prædicamenti tantùm, ſecundo extra illud prædicamẽtum, & per ſecundum intelligo quando illud in quo per ſe fit comparatio non eſt per ſe primo in prædicamento illo, ſi comparatio fiat infra ambitum illius prædicamenti ſolùm habetur hæc proprietas quod non ſuſcipit magis & minus, quæ proprietas & ſi competat omni ſubſtantiæ, non tamen ſoli ipſi, quia & in quolibet alio inuenitur prædicamento: ſin autem fiat comparatio aliquo modo extra prędicamentum ſic eſt neceſſarium & ſubſtantiã, & omnia alia prædicamenta ſuſcipere magis, & minus primo ex parte tranſcendentium quia vna ſubſtantia eſt magis ens, & magis vna, & magis vera, & magis perfecta, & magis bona quàm alia, ſic vna qualitas, & quantitas, nam genera, & ſpecies æqualiter participantur à ſuis inferioribus, ſed traſcendentia non æqualiter participantur à ſuis partibus ſubiectiuis, ex quo ſubſtantia eſt magis ens, quàm accidens, in propoſito autem noſtro nec genera, nec ſpecies traſcẽdimus, nam omnes homines habent vnam animam, ſpecie loquor, non numero. Et licet Ariſt. dixerit non omnibus hominibus ineſſe intellectum, quò ad operationem, non quò ad eſſentiam dixit, cùm alibi per intellectum reponi ineſſe ipſum aſſirmarit, aliqui. n. propter paruũ exercitium, aliqui propter malam inclinationem vt Auer. 1. cœli vel propter paupertatem, vel malitiam patrum non potuerunt ediſcere. P. hæc eſt Voluntas Dei propter perfectionem vniuerſi vt benè D. Tho. 4. lib. contra

Sol. ad 1.

Ad 2.

gentil. ſi. n. omnes ſapientes eſſemus qui eſſent tonſores, carnifices, & huiuſ modi generis viliſsima agentes? quæ torpidi homines faciunt, vt ſapientes magis ſtudio vacantes, Deum ipſum cognoſcant plus, & melius ab alijs cognoſci declarent, & per ſuam virtutem intelligentiam alijs communicent. * P. Ariſt. ratione naturali aſſignauit cauſam diuerſitatis hominum in ſciendo, aliquando. n. pater ſapiens filium ſtupidum generat, aliquando eſt ecõtrario. Cùm. n. ſemen ex omnibus decidat partibus corporis, ſapiens quando coit, adhuc aliquam rem cogitat, vel cauſam delectationis, vel quomodo ſemen à vulua recipiatur, vel habere rem cum pulchriori muliere, & ſimilia, & cùm ad intellectionem iſtam multi ex ſpiritibus corporeis concurrant, ſemen non tantùm roboris obtinet, hinc naſcuntur aliquando homines ſtupidi. Idiotæ verò in tali actu nil cogitantes ſæpe ſæpius doctos generant, faciuntque filios, nec ideo vna anima magis, & minus altera eſt: ſcientia. n. eſt accidens, & accidentia, vt dictum, ſubſtantiam non comparatiuè conſtituunt: hæ itaque ſunt illæ animę quas in ſcholis Neapolitanis malę indolis ſolitus ſum dicere, quarum cognoui ibi multos ob infinitum ſtudentium numerum, & paruum exercitium loci. Et his ſæpius ſatisfacimus inſtrumentis topicis. Sin autem loquamur de operationibus corporis, quæ poſſunt male ędi à corpore non potente, à corpore claudo, vel monſtruoſo, dicimus eſſe cauſam, vel ꝙ fuerit corpus ipſum genitum cum diſpoſitione diſconueniente raro, vel in minori parte continente, vel defectus, vel paruitas materiæ, vel abundantia ipſius, vel qualitas actiua, vel paſſiua, vel malitia continentis, naſcantur autem corpora huiuſmodi vel ſecundùm defectum numeri partium, vel ſecundùm defectum magnitudinis ex quibus integratur corpus, vel ſecundùm vtrunque, ſed præcipua cauſa corporum imperfectorum in temporibus noſtris eſt abundantia magnitudinis, nec ex his ſequitur corpus, vnum, vel hominem eſſe magis alio cùm iſta ſint accidentia, ſi verò malè ędat operationes eſt ob cauſas dictas. Nec operationes diminutæ arguunt diminutas ſubſtantias, non enim ex ſubſtantia tantùm prouenire poſſunt, ſed ex pluribus inſtrumentalibus alijs cauſis, pro vt aliàs dicemus. P. Aſtrologi ipſi non fatum illa nefandiſsima dicendi conſuetudine acceptantes, nec dubitantes Deum ipſum poſſe alterationes omnes, & motus omnes & permutare, & impedire, id omne viribus, & poſitionibus ſyderum tribuunt, quàm non eſſe omninò primariam cauſam, ſed inſtrumentum diuinę mentis arbitrantur: poteſtas. n. ſtellis à creatore inſita vt in naturalibus naturaliter influant per proprias qualitates inquantùm illæ

Ad 3. exeunt de ſubſtantialibus principijs earum. * Ad aliam formæ quæ ad occaſum tendunt languidæ ſunt, quæ verò ſuboriuntur viuidæ ſubiectum occupant. Reſpondendum eſt formas non habere intenſionem, & remiſsionem, & ſi Auer. 3. cœli 67. dicat ꝙ formæ elementorum intenduntur, & remittuntur, quæ ſunt vltimæ, & per ſe differentiæ ipſorum vt Alex. dicimus ꝙ ſunt formæ imperfectæ elementorum ſunt. n. medium inter ſubſtantiam &

accidens,

accidens, quod quomodo dari poſsit declarabimus. Et licet Auerr. 8. Met. 10. id etiam dicat de formis perfectis, dicimus ꝙ hoc non eſt in ſua eſſentia, ſed vt eſt in materia, nam forma humana ſecundùm diſpoſitiones materiales cum quibus exiſtit, ſic poteſt magis & minus ſuſcipere, quia ſolertia naturalis ſequitur corporis temperamentum & vniuerſaliter omnis naturalis forma plus operatur in materia bene diſpoſita, quàm in non ſic præparata, ignis. n. quando approximatur ſulfuri propter materiam diſpoſitam eius citius, & magis operatur quàm ſi approximaretur ligno viridi, in quo propter indiſpoſitionem non ſic citius, ſed tardius, & minus operatur. Dices ſi forma humana non ſuſcipit plus nec minus, qūo videmus aliquos idiotas ſic bene diſcurrere, & alios ſtudentes per decem annos vix ſcire loqui, alios demum nullo vti diſcurſu, groſſos, prauos, & ignauos. Nota ꝙ nec anima, nec animæ potentiæ recipiunt magis, & minus, & cùm rationabilitas ſit vna de eius potētijs, nec id faciet, hoc eſt ratione organi, tales. n. organo vtuntur, nā & intellectus intelligendo vtitur phantaſmate, & ſecundùm ꝙ imaginatiua virtus organica habuerit meliorem complexionem, & compoſitionem organo alterius, ſic contingit vnum hominem eſſe melioris diſcurſus altero, & hæc eſt potiſsima cauſa. Nam potentia viſiua eadem eſt in omnibus, & quia aliqui ſunt magis diſpoſiti ſecundùm oculum qui eſt organum compoſitionem recipiens, quæ eſt ſecundùm diſpoſitiones, quas contingit aliquando eſſe meliores in vno, quàm altero, ideo altero alter melius videt, ita iuuenis, & ſi ſenex acciperet oculum iuuenis videret vt iuuenis, eandem. n. potentiam habent, ſic iuuenis eſt melioris diſcurſus quàm ſenex ratione organi, niſi ſenex id melius faceret ratione experientiæ: & quia æqualitas ſecūdi modi vt voluit Auic. 1. fen. primi doct. 3. in c. de complexionibus præcipuè reperitur in ætate conſiſtentię, quia illa eſt ætas pulchritudinis & Ariſt. 6. Ethic. c. 9. iuuenis non eſt expertus vt ſenex, longitudo. n. temporis experientiam facit. Ideo Iob. dixit ꝙ antiquis ſapientia, & longo tempore prudentia inuenitur, ideo iuuenes non pn̄t eſſe prudentes, ideo non minus inhærendum eſt expertis, & ſenioribus, vel prudentum opinionibus, atq; ſententijs ſine demonſtratione, quàm demonſtrationibus ipſis 6. Ethic. cap. 13. præſertim in agibilibus, in quibus requiritur experimentalis cognitio. Et ideo Ariſtotel. dixit in ethicis quòd aliqui ſunt homines arborei, aliqui brutales, aliqui intellectuales nuncupati, aliqui enim vt docet Heſiodus ad ſcientias capeſſendas per ſolam naturam ſunt apti & perfecti ex bonitate complexionis, vt fuit Ariſtotel. & Auicen. aliqui verò propter naturam, ſed per doctores excitantes mentes eorum, quidam autem neutro apti ſunt, & iſti ad diſcernendum verum à falſo inutiles ſunt: quare iſta diuerſitas prouenit ex diuerſitate complexionis, & diſpoſitionum quibus forma ipſa exiſtit. Tunc ad punctum formæ humanę quæ ad occaſum videntur remitti, dico quòd etiam informant, ſed ratione diſpoſitionis materiæ ſic videntur, ipſa enim diſponitur ad aliam diuerſam, nec ceſ-

ſant partes ſpermatis recedere donec forma humana introducatur, ſperma quidem habet ſuam formam, quæ ipſum in eſſe cõſtituit, & hęc mediantibus materiæ diſpoſitionibus ad formam humanam, ceſſat deſinitque eſſe, non quod deſinat informare ſperma, ſed quando corrumpitur ſperma introducitur tota forma, quæ vel tota ſimul introducatur, vel corrumpatur, inferius dicetur: ſic igitur in materia variè diſpoſita ſecundùm diuerſas diſpoſitiones videntur formæ remitti, dum.ſ. vult alias recipere, quę autem videntur intendi, volunt introduci, quia ipſa materia eſt vigens, & amans, & ipſas deſiderans.* Ad vltimã concedatur ꝙ vbi diminuuntur qualitates materiam diſponentes formæ ipſæ videntur etiam imminui, quod dictum eſt ſatis abundè.

Ad 4.

Telesivs.1.lib.c.57.volebat improbare hanc rationē Ariſt. ꝙ ſubſtantia non eſt perceptibilis ſenſu, ideo calor qui percipitur non ſit ſubſtantia, quia Ariſt. corporis tangibilis principia inquirens minimè contrarietates omnes eius ſpecies facere affirmat, ſed eas tantùm quæ ſub tactu 2. de gen.t.7. & 8. ergo formæ non ſolùm ſenſu percipiuntur, ſed ſolæ omnino, cuius.n. non percipitur actio, eius nec natura, nec ſubſtantia.

Marta. Si nullam ſentimus ſubſtãtiam, quomodo perceptibilis eſt, & non percipitur? Et ſi percipitur, quare aliam à calore & frigore diuerſam non oſtendis? Et tu conſtituens principia, vocauiſti tertium molem corpoream, quæ quomodo ſentitur non declaraſti, & ſi ſentiretur vtique & materia ex qua factum eſt cœlum, & terra ſentiretur, & per te cuius non ſentitur actio, eius nec ſubſtantia, nec eſt maior ratio de vno, quàm de altero. Nec valet nos aliquando monſtraſſe materiam, cùm ob eius obſcuritatem, vt Themiſt.d. ſolùm in materijs formatis explicamus.* P.Gal.lib.de fœtuum formatione.d. nemo igitur adeò ſtupidus eſt, vt nõ intelligat eſſe quandam fœtus generationis cauſam, quam omnes naturam nominamus ſubſtãtiam ipſius ignorantes, non itaque ſubſtantia ſenſu comprehenditur, ſed accidẽtia. Horum autem accidentium, quæ ſentit ſenſus, cognitio via generationis eſt prior cognitione ſubſtantiæ, quia ſicut accidens eſt diminutæ entitatis reſpectu ſubſtantiæ, ita ſine dubio cognitio ſubſtantię diminuta eſt, & imperfecta, ſemper autem imperfectiora reſpectu eiuſdem priora ſunt via generationis ſaltem reſpectu perfectiorum, vel ſaltem ordine proportionali, vnde ſicut in generatione formarum in materia corruptibili generatio accidentis prior eſt generatione ſubſtantię, prius.n. oportet diſponi materiam per qualitates conuenientes antequam recipiat formam, ſic Auer.1.Phyſ. 62. generatio ſubſtantię eſt terminus alterationis, ſic in productione cognitionis in intellectu poſsibili humano prius fit cognitio accidentis quodammodo quàm cognitio ſubſtantię, cuius manifeſtum ſignum eſt ꝙ motus, & pluralitas entium quę ſunt accidentia ſubſtantiarum naturalium ſunt principia in ſcientia naturali, conſtat autem ꝙ principia doctrinę prius cognoſcuntur quàm ea per quę docentur, & omnis doctrina fit ex prçexiſtente

cognitione, ideo Auer. 6. Met. d. quod in rebus naturalibus non poſſunt ſciri ſubſtantię rerum, niſi exterioribus. i. accidentibus, ſed ſubſtantię cognitio eſt prior ordine dignitatis, & perfectionis, &c. cum ipſa ſit & nobilioris, & perfectioris dignitatis, & entitatis accidentibns, ipſę itaque ſubſtantię ex accidentibus cognoſcuntur, & operationes ſubſtãtię quę ſunt earum accidentia ſunt illę quę ſenſibus propalantur hæc obiter. At quomodo Ariſto. 2. de gen. dixit velle inquirere ſolas ſubſtantias quę cadunt ſub ſenſu clarum eſt ibi ipſum tractare de elementis inquantùm agunt, & patiuntur, quorum formę hoc modo ſunt qualitates, ipſe igitur vult inquirere formas, & principia corporis ſenſibilis que ſunt tangibiles, & perceptibiles ſenſu, vt calidum, &c. quę dicuntur formę operantes, & ſunt accidentia, vt ex dictis patet, nec incõuenit, imo id, ſicut alia per aduerſarium allegata, ſemper pro nobis faciunt. Quare reſtat quòd calor & frigus non ſint principia. Solutio.

Quòd calor vteri non ſit cauſa efficiens generationis.

POteſt perfectè applicari huic ꝙ calor vteri nec ſit principium efficiens generationis, nam in diſputationibus quas ſępius Neapoli egimus, quidam Petrus paulus ſcaſſinus ex doctrina iſtius aduerſarij in ędibus Montis Oliueti volebat defendere ipſum eſſe cauſam huiuſmodi, & licet argutiſſimè fuerit improbatum per Reuerendum Domnum Franciſcum de ferdinando ordinis ſancti Benedicti præſente admodum Reuerendo magiſtro frate Thoma de Capua ordinis ſancti Dominici, qui ob ſubtilitatem ingenij ſui multos traſcendit, tamen vltra rationes ibi dictas aliquę ſunt modò dicendę, ex quibus licet ablatę fuerint maiores, & pulcriores per quas poterat concludi ex concluſione iſtius auferri peccatum originale ex adamo prouenire, tamen quę per Theologos ſancti officij ablatę non ſunt, dicantur. Et primo notandum ꝙ iſta opinio non eſt Teleſij, ſed ante ipſum inuenta, & ante Gale. erat opinio cõmunis.* Et ſi eſſet vera, tũc vir nõ eſſet neceſſarius in generatione, quia calor eſt cauſa efficiens, cauſa materialis eſt ſemen mulieris, idem autem eſt agens, & forma ergo, &c. Dicunt ꝙ ſemen hominis eſt perfectius, ideo concurrit etiam vt materia vt ex eo fiãt quędam partes nobiliores hominis. Contra ſtet per poſſibile ꝙ ſemen mulieris ſit tantę perfectionis vt hominis, ſequeretur ꝙ vir nõ concurreret, ſed ita eſt, quia ita cõcurrit vir vt mulier ergo vir nihil eſt neceſſarius in generatione.* P. calor diſſipat ſemina, igitur calore diſſiparentur, nec vnirentur vt materia. Dicunt ꝙ calor attenuat iſta ſemina, educit partes ſubtiles, illę autem partes groſſę remanent mutuo contactu, ſicut ſol agens in paſtam eam eſiccat, & tamen eius partes remanent, quia gaudent mutuo contactu. Contra paſta remanet, quia ibi eſt aqua frigida, ſed diſſoluatur à ſole per lõgum tempus non remanebit paſta, ſed farina, quia diſſolueretur neceſſario vſque ad id, ex quo erat compoſita. Et in ſeminibus non eſt frigidum per te, quo- 1. ratio. 2

modo

modo ſi diſſoluerentur partes ſubtiles,gauderent mutuo contactu,cùm ca-
lor per te diſſoluat. P. ſequeretur ꝙ homo componeretur ex craſsiſsima par
te illius ſeminis, quod eſt falſum, quia debet eſſe puriſsimum, & deciſum
ex omnibus partibus, & ſic calor diſſolueret partes ſubtiles, & remaneret
materia craſſa,ex qua poſtea diſſoluta, & craſsiſsima facta generaretur ani-
mal,quod eſt falſum. P. ſi ex ea diſſoluta generarentur partes,tunc ſequere-
tur opinio Emped. volentis generari plures manus, & plures pedes, & alia
membra plura,poſtea amicitia congregari,& animal fieri,quia ſi partes illæ
ſunt diſſolutæ à calore,& calor agit adhuc in illas,vtique generabit illas diſ
3 ſolutas, & inconiunctas,quæ poſtea amicitia Emped. congregarentur.* P.
fruſtrà fit per plura quod poteſt per pauciora,ſed per fœminam poteſt fieri
generatio,ergo fruſtrà eſſet vir,in vtero.n.eſt cauſa efficiens,& ſic formalis
4 calor,eſt materialis ſemen,& ita vir non iuuat.* P. ſi neceſſarius eſſet, tunc
5 vnius effectus eſſent duæ cauſæ materiales immediatæ,quod eſt falſum.* P.
ab vna & eadem natura actio,& paſsio prouenirent,conſeq. eſt falſum,er-
go anteced. probatur, vni nihil eſt contrarium, quia contraria ſunt ſaltem
duo,ſed actio,& paſsio ſunt contraria,ergo nõ ab vno, & eodem principio,
aliter in vno eſſent duo contraria oppoſita. Et nihil ſeipſum agere, & per-
mutare poteſt, ergo nihil à ſeipſo pati poteſt, quia permutatio fit ab agente
in paſſum,conſeq. probatur quia in omni factione tam naturali, quàm artifi-
6 ciali,&c. tria concurrunt. ſ. agens, materia, & principium.* P. fœmina non
emittit ſemen, ergo non eſt cauſa agens,probatur, quia tunc daretur pene-
tratio ſeminis, & ſic omnis generatio eſſet corruptio, quia ſicut repugnat
duo corpora eſſe in eodem loco,ita duo ſemina. Et ſi duo eſſent, tunc infi-
nita poſſent eſſe,non.n.eſt maior ratio de duobus,quàm de cæteris, ſed vos
dicitis ꝙ maſ,& fœmina ambo emittũt ſemen,ergo,&c. Et quia matrix ne-
quit ea ſufferre ob eorum intemperiem, daretur ergo penetratio, ita vt illa
ſtatim euomeret,quia vnum ſuppoſitum reliquum conſumit. Quòd autem
repugnet duo corpora eſſe in eodem loco probatur,nam ſemen ſaltem quò
ad eius craſsitiem, & corpulentiam non euadit quin non habeat denomina-
tionem à corpore,licet non ſit proprium corpus organizatum,& cùm vnũ
corpus alteri ſuperpoſitum conſumet alterum, ſic ſemen maris ſuperpoſi-
tum illi mulieris, vel è contra, ambo deſtruerentur,& omnis generatio,quę
7 fieri vellet,rueret.* P. imperfectum non poteſt facere perfectum,ſed fœmi
na eſt imperfecta,ergo quomodo faciet matrem; & ſi ſic eſſet,tunc ſemper
8 faceret fœminam.* P. tunc ſequeretur quòd eius ſemen aliquando eſſet po-
tẽtius ſemine viri,nam quæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei nihil prohibet alterum alte-
ro potentius eſſe,ſed ſi virili ſemine potentius eſſet,faceret id quod ei ſimi-
le eſſet, aliter non eſſet potentius. Et tunc ordinem naturæ non inſequere-
tur,quæ id quod de melioribus eſt facit,fœmina.n. marem expetit,non fœ-
minam,ergo nec marem, nec fœminam procreabit, non itaque eſt cauſa a-
9 gens. * P. ſi fœmina emitteret ſemen,tunc eueniret, vt cùm ipſum foras e-

miſiſſet,

miſiſſet, retrotraheret intrò, vt miſceri haberet cum maris genitura, quod ita fieri perperam eſt, nam oportet ſemen mulieris miſceri cum ſemine viri, ergo ſemen exit à matrice, vt miſceatur cum illo viri extra matricem, & poſtea regreditur ad matricem, ergo natura, otioſa, vel ipſa nõ emittit ſemen. * P. fœminarum naturæ ſunt frigidæ, & humidę quomodo poſſunt habere tantum calorem in vtero qui ſit cauſa efficiens generationis? Demum contra te ſunt omnes rationes Peripateticorum probantium fœminas non emittere ſemen, & argumenta eorum, quibus probatur ſolùm ſemen viri eſſe cauſam efficientem, & omnium Theologorum rationes hoc communiter probantium, ad quos me remitto.

SECVNDA DISPVTATIO

De Cœlo, eiuſque Partibus & Attributis.

ARISTOTELIS. Opinio de cœlo eſt ipſum non eſſe factũ, ideoque incorruptibile, & vnum eſſe ſempiternum principium, quod nunquam cõſumitur, infinitum ordinem temporum in ſe complectens, nam ſi totus mundus eſt ſempiternus, cœlũ quod eſt maior eius pars etiam eſt ſempiternum, & ideo eſt Dei locus, & habitatio, nec ſuſtinetur ab Atlante vt fabulantur poetę: ipſum moueri ſempiterno motu, nec labore, nec vi ferri, ſed ſecundùm propriã ſuę naturę inclinationem, continet autem differentias poſitionis ſicut omnia animata, habet.n. polum articum ſuperius, antarticum inferius, orientem vnde incipit motus dextrorſum, occidentem ſiniſtrorſum, meridiem habet antrorſum, ſeptentrionem retrorſum, ex quibus ſequitur polum non videri à nobis ſupernè, ſed infernè ſecundùm motum primi mobilis, ſicque ſub terra habitamus, ſed ſecũdùm planetarum motum, qui retrogradus eſt primo mobili polus articus ſuper nos eſt, & ſic ſuper terra colimus, & antipodi ſub ea. Mouentur igitur ſferę, & vt conſeruetur generatio pluribus neceſſe eſt circulationibus, nam ſecundùm motum diurnum totus mundus eſt æqualis, ſua autem natura nõ cauſat generationem, quia quod ſemper eodem modo ſe habet, ſemper idem natum eſt facere, aliud igitur pręter primum mobile eſt quod tot generat diuerſos effectus, tale aũt eſt ſolis motus in circulo Zodiaco, & aliorum planetarum, ex quibus concluditur ꝙ cœlũ pręter primum motum mouetur aliis motibus. Neceſſe eſt autem ipſum habere ſi-

re figuram ſfericam,quę eſt ſibi conuenientiſsima,& magis idonea,& perfectiſsima competit corpori perfectiſsimo, & quia motus cœli eſt vnus, & regularis cùm proueniat à moto regulari, ideo cœlum eſt corpus ſimplex, & ſfericum,perpetuò mobile decoratum ſtellis,& planetis: ſtellę autẽ ſunt eiuſdem naturę cum orbibus in quibus feruntur,& non igneę,quia ſtella eſt denſior pars ſui orbis retinendo lumen per quod proſpicitur,nec habet naturam aliquorum elementorum, cùm omnes cœli partes ſint inalterabiles: ipſę autem ſtellę faciunt calorem virtute luminis, ſed proprio vigore alios producunt effectus,inter quos eſiccant,humectant,frigefaciunt.Inter ſtellas verò ſol ordine Dei clara res eſt quòd ſuo lumine ſit maioris effectus omnibus alijs,& ſic quęlibet ſtella illuminatur à ſole,quo fit lucidior quàm ex ſeipſa eſſe poſſit:eſt igitur primus in genere ſtellarum, & cauſa eorum quę poſt ipſum ſequuntur:ſtellæ verò habent proprium lumen,ſed debilius ſicut patet experientia quando luna eclypſatur ſtellæ etiam videntur ſcintillare præ nimia diſtantia.Quæ non cauſant ſonum,vt putauerunt Pythagorici cùm non audiatur, numerus ipſarum eſt infinitus in octaua ſfera, aliarum verò ſeptem ſingulæ ſingulis decorantur, & ideo octo ſunt ſferę auctoritate Platonis,prima eſt primi mobilis quod firmamentum,ſeu cœlum ſtellatũ ſolet vocari,2.Saturni.3.Iouis.4.Martis.5.Solis.6.Veneris.7.Mercurij 8. Lunæ, qui planetæ dicuntur, & diſtincti ſunt in diuerſos cœlos vt patet, quia non æqualiter ſemper alter diſtat ab altero. Quantò orbes ſunt viciniores primo,tantò velocius motu diurno feruntur,namque motus primi mobilis ſimpliciſſimus eſt, & velociſsimus, rapit igitur velocius orbes ſibi viciniores quàm alteros. Cui motui omnes ſferæ inferiores opponuntur,&ècontrario gradiuntur motu,& illi qui viciniores ſunt ipſi maiori tẽpore ſuos complent curſus,qui verò remotiores minori, qui intermedij intermedio tempore. Saturnus complet motum ſuum triginta annos. Iuppiter duodecim.Mars duos.Sol trecẽtos & ſexaginta quinque dies,& ſex horas, qui faciunt annum, Venus & Mercurius anno. Luna viginti octo dies qui faciunt menſem lunarem. Omnes vero vigintiquatuor horas complẽt motum diurnum primi mobilis. Iſti planetæ omnes habent figuram ſfericam vt aſsimilentur eorum orbibus ſecundùm quos feruntur,namque experimur ſolem,& lunã eclypſari, vt Mathematicis eſt clarius, & ſolis eclypſis eſt interpoſitio lunæ vſque ad aſpectum noſtrum, & corpus ſolare, quòd pluries fit in cõiunctione,lunæ verò eclypſis eſt interpoſitio terræ inter ſolem,& ipſam,quod fit in oppoſitione,in quibus planeta vterque videtur figuræ circularis propter reflexionem radiorum à circulari corpore terrę, & lunæ. Cùmque terra ſit cẽtrum mundi,ponitur in eius medio in quo quieſcit, eſtque etiam figuræ ſfericæ, & paruæ quantitatis, ipſaque mouetur ad medium mundi vt ad ſuum locum naturalem,vbi quieſcit.

TELESIVS. Aduerſarius nullo modo tractans quot ſunt cœli,hoc tãtùm dicit primo cap.49.cœlum.ſ.eſſe igneum, quod.d.clarum eſſe ſenſui,

& ratio-

& rationi. Primo ſenſu percipimus ipſum igneum quia lucidiſsimum.* P. 2
quæcunque mouentur, & agitantur, vel quæ propria natura frigida ſunt calorem à motu aſſumunt, at cœlum longè velociſsimo, & nunquam ceſſante motu mouetur ergo à motu & ipſum calorem aſſumere videri debet, tũ quia mouetur circulariter, qui maximè omnium calorem facit, atque ignẽ accendit continuus, nihilque remiſſus. * P. ſi in omni ſerie deueniendũ eſt 3
ad vnum primum 7. Met. recurrendum igitur eſt in calidis ad primũ quod ſui natura calidum ſit, & cauſa ſit vt cætera calida ſint, & calefaciendi habeat poteſtatem, tale autem non poteſt eſſe ignis, neque aer, quia Ariſt. videtur illos non ſua natura calidos eſſe, ſed accendi, & igniri à motu cœli circumactos, & diſgregatos, ergo cœlum erit à quo omnia habent vt calida ſint.* P. cœlo videntur ineſſe illa, quę ſunt propria caloris, & quæ à calo- 4
re cõſtituuntur. ſ. tenuitas, & lux.* P. Ariſt. 1. Met. 4. tribuit immobilitatem 5
frigori, & grauitatem, ſed cœlum eſt ſummè mobile, ergo calidiſsimum debet videri, tum quia calida à motu, frigida immobilitate fieri affirmat.

Marta. Primo eſt ſciendum ꝙ hæc opinio non eſt tua, ſed vt refert Greg. Fleton in cap. 14. de differentijs Ariſt. & Plat. dicit cœlum eſſe igneũ ex Platone colligitur, & antiquiores dicebant ipſum conſtare ex elementorum ſummitatibus. Nec talis poſitio contrariatur Ariſt. ſi diuerſam caliditatem intellexerit ab elemẽtis. Ariſt. n. 25. part. probl. 18. aſſerit quã ob cauſam aere nudo, apertoque frigus fit acrius cùm ſtellæ ſint calidæ & cœlũ, per quam caliditatem illuminationem intellexit. P. diceremvt Mazonius ꝙ ipſi cœlo omnium naturalium corporum perfectiſsimo perfectiſsimus debet competere motus, & perfectiſsima qualitas, & nullus motus perfectior orbiculari, & nulla qualitas perfectior luce, itaque motus cœli eſt prima cauſa omnium, neque illo ceſſante cætera aut omnino, aut ſaltem ordinatè mouerentur, vt Alex. 1. Meteor. 1. lucẽ verò inſequitur quaſi eius proprietas calor quidam non elementaris, ſed cœleſtis, atque vti primi motus priuilegium eſt, vt ſine illo reliqua non moueantur, ita primę ſenſibilis qualitatis, vt ſine illa cæteræ ſenſibiles qualitates agere non poſsint, nec calor ille ſydereus frigori contrarius eſt, ſicuti elementaris, ſed continet eminentia ſimplici oẽs contrarias qualitates, ſicuti corpus cœli omne corpus.* Quòd 1
autem ſint æquoci calores cœli, & ignis hoc modo probatur. Aeternum, & corruptibile differunt pluſquàm genere, ſed calor cœli eſt ęternus, calor ignis corruptibilis, ergo diuerſi, & æquiuoci.* P. calor cœli concurrit ad generationem rerum, calor elementaris non, ergo æquiuoci calores, probatur, 2
nã calor cœleſtis viuificus nuncupatur, ſaluat, & generat animalia cùm naturæ humidæ ſit, ideo ſubiecto aereo inheret, calor autem elementaris, quia ſubiecto ſicco, & mordaci ineſt potius deſtruit, & corrumpit, ergo ęquiuoci, imò contrarij, quia generari & corrumpi ſunt contraria, quia ens, & non ens.* P. calor igneus ſiccitati aſſociatur omnium deſtructiuus, & nullius ge- 3
neratiuus omnia. n. homogenea habet congregare & ætherogenea diſgre-

gare ſe ſemper multiplicando, & deſtruendo, calor autem naturalis humidus, & debilioris eſt virtutis igne, qui adeo fortis, ꝙ fortior eſt calore ſtruccionum, ſi itaque alter deſtruit, & alter ſaluat, ergo contrarij. Et ſi per calorem cœleſtem, ſpiritus poſſunt in eſſe reponi, vt patet in animalium reſpiratione, & flatus aerei ſurſum tendunt, ꝙ non eſſet, niſi calor aereus ille eſſet, qui ambitus in noſtris corporibus per aſpirationem, & reſpirationem iterū reuertitur.
4 * P. ſi eſſent eiuſdem naturæ non mouerentur diuerſis motibus, modò cœlum mouetur circa medium, & elementa mouentur motu recto vt à medio, vel ad medium, & mixta motu mixto. Si aduerſarius diceret ꝙ cœlum poſſet moueri omnibus motibus. Contra vni motui vnus eſt motus contrarius, ſed cœlum quocunque alio motu moueretur haberet contrariū, ergo corrumperetur, ꝙ repugnat naturæ ſuæ. P. ſi moueretur alio, vel poſſet alio à circulari motu moueri, tunc omnia iſta inferiora corrumperentur ſtatim, & eſſet totius mundi corruptio, quia quid regit terram niſi motus cœli circularis, continuus, & regularis. P. ſi eſt mobile omni motu potentia naturali, ergo aliquando alio mouebitur, & ſic cùm motus poſtea corrumpatur ergo & cœlum aliquando poſſet vel corruptum fuerit, & regeneratum, ſi iſta eſt potentia intentionalis. Contra iſta non repugnat naturæ ſuæ, ſed eſſe corruptibile repugnat naturæ ſuæ ergo, &c. P. ſuppono ꝙ motus cœli non habet contrarium ex doctrinis omnium doctorum ſuper primo cœli, quod ſi negaret ſoluat omnes eorum rationes, tunc ſic, ſi cœlum poteſt moueri diuerſis motibus vel ſecundùm ſpeciem, vel ſecundùm numerum, non ſecundùm numerum per te, ſed contrarietas eſt inter ſpecies, vt dictum ſuperiori diſput. ergo motus cœli habet contrarium, ſed hoc repugnat naturæ ſuæ vt probatum, ergo. Dices ꝙ hæc potentia non repugnat inquantùm eſt corpus, & Auer. dixit cœlum vt corpus eſſe corruptibile. Dico ꝙ cœlum non cōuenit cum inferioribus in genere vniuoco ſi igitur corpus dicitur de cœlo & iſtis inferioribus æquiuocè dicitur ſecundū diuerſas rationes. Aduerſarius ſic reſponderet vni ex dictis noſtris ꝙ calor ignis elementati vrit non in ſfera propria. Contra ſecundùm te idem eſt ignis in ſfera, & ignis genitus ex lapide & ferro ſecundùm ſpeciem, ſed genitus vrit eſcam, ergo, &c. P. ignis in ſfera vrit, & ſignum eſt, quia ſi qua meteorologica caderent deorſum, quodcunq; tangerēt vrerēt. Vidimus hoc qn̄ cecidit fulmen, & cremauit quendam fratem in templo D. Dominici Neapol. & audiuimus cremaſſe arbores & alia. P. videmus meteorologica genita in hippecaumate vri, & non amplius apparere, imò exalationes omnes quæ illucuſque perueniunt, vſtulantur omnes, vel eorum maior pars, ita non ſemper meteorologica videntur. Et ſi non vreret eſſet cauſa ſine effectu, quia effectus vſtulationis dependet ex calidiſsimo, & ſiccisſimo, cuiuſmodi ipſe ex ſua natura exiſtit, etiam ſi eſſet humidus per te id faceret, quia humiditatem poſtea eſiccaret, vt infra dicemus.
5 * P. probo principaliter ꝙ cœlum non poſsit eſſe naturæ igneæ, quia tunc componeretur ex elementis, & ipſa eſſent extra lo-

cum proprium, tunc quæro quomodo inclinatur ad motum, non ex natura ſua, quia elementa ſua natura nõ mouentur circulariter, nec ab anima, quia iſte motus eſſet cum fatigatione, & calore, quia hoc corpus mouetur ab ani
ma contra ſuam inclinationem.* P. tunc motus non eſſet ordinatus, quia a- 6
liquæ ſpecies aſcenderent, & aliquæ deſcenderent.* P. tunc corruptibilium 7
eſſent principia æterna, quia cœlũ conſtat ex calore elementari, ergo ex materia prima, quia non eſt maior ratio cur calor occupauit materiam ignis, & cœli, & per te ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo ipſum corruptibile, & cùm intelligentia ſit actus purus, & æterna, tunc informaret corruptibile, ſed cœlum non conſtat ex materia prima vt Auerroiſtæ hoc probant ad quos me remitto ne ſim longior.* P. ſi cœlum eſſet naturæ igneæ, ergo humidæ, quia i-
gnis humidus, & ſi tui ſequaces dixerint te non fateri ignem humidum niſi 8
ex Ariſtotele ipſo, videant bene tuum ſecundum librum de natura, & inueniont apud te idem humidum, & tenue, & tunc qua ratione ignis eſt humidus, eadem & cœlum, ſed ignis humidus quia terminatur termino alieno, ergo & cœlum alieno debet terminari termino. Nec deueniẽdum iterum eſt ad illam potentiam, quæ non eſt naturalis, & repugnat naturæ cœli, quia ita poſſem dicere cœlum eſt frigidum, quia eſt naturæ caſei recentis, ex co.n. eſſet factum. P. tu concedis cap. 52. libr. 2. ꝙ ideo cœlum mouetur ſemper quia exiſtit mobile, à pari ideo cœlũ debet terminari quia exiſtit terminabile. P. poſito poſſibili non ſequitur impoſsibile, ergo ſi poſsibile eſt cœlum terminari aliquando terminabitur, ſic de corruptione ꝙ aliquando corrumpetur.* P. ſi cœlum eſſet naturæ igneę, tunc haberet contrarium ſicut ignis, 9
ergo corrumperetur ſicut ignis: Allegant iſti maximam diſtantiam eſſe cauſam quare non corrumpatur quia frigiditas eò vſque peruenire non poteſt. Contra omne agens in agendo repatitur, ſed cœlũ agit in hæc inferiora per caliditatem, ergo repatietur, ergo vel ab eadem caliditate, vel humiditate, non per primum quia paſsio eſt per reſiſtentiam contrarij, ergo vel à frigiditate, vel à ſiccitate. P. tibi ſunt ſoluendæ rationes philoſophorum aliquorum, & aſtrologorum ponentium planetas aliquos frigidos, vt lunam, & ſaturnum, ſed ibi per te ſunt aliqui etiam calidiſsimi, inter quos præcipuus eſt ſol, ſe igitur oppugnabunt, & occident. P. cõtrariæ ſunt cauſæ contrariorum, ſed caloris eſt proprium aſcendere, & deſcendit, ergo
cùm frigoris ſit proprium deſcendere aſcendet.* P. ſi cœlum eſſet tantæ ca- 10
liditatis formaliter, tunc quæ eſſent ei magis vicina eſſent magis calida, ſed ſecunda aeris regio eſt frigida. Allegant eſſe factam frigidam à vaporibus eleuatis à terra eouſque aſcendentibus. Cõt a ſi ſol eleuans vapores à terra, & eò vſque aſcendunt, ideo illam partem infrigidant, ergo eleuando vapores à montibus aſcenderent vſque ad tertiam regionem, & ipſam frigefacerent, cuius oppoſitum ſemper apparet. Dominus Latinus Camerotanus dum diſcutiebat Concluſiones ſuas pro Teleſio Neapoli in templo D. claræ, propoſita ſibi hac replicatione, dixit nõ eſſe montem adeò planũ ex quo poſsit

cauſari eleuatio vaporum. Et hæc eſt doctrina Ariſt. non eorum, dicentis
reflexionem ex planitie cauſatam, eſſe caloris cauſam, ſed quia diſputabátur
concluſiones prędictæ Coram Illuſtriſsimo don Aloyſio Carrafa princi-
pe Stigliani, allegauit iſte vir bonæ memoriæ eſſe montem in Stigliano terra
planiorem. P. Ego vidi Giffoni montes adeò planos in vertice. P. mons pau-
ſilippi Neapol. eſt magnę planitiei. P. in monte Olympi eſt tanta planities,
ꝙ ferunt quotannis antiquos ſacrificaſſe & ſolennia gaudia feciſſe Diis. P.
reſponſio principaliter oppugnat tibi ponenti vapores non eſſe naturæ ma-
teriæ, ſed agentis, ergo illi vapores eſſent calidi, ſecunda igitur aeris regio eſ-
11 ſet calidior, cuius oppoſitum patet.* P. ſi cœlum eſſet calidum formaliter,
tunc magis calefaceret montem ſibi viciniorem, ſed hoc eſt falſum quia in
montibus eſt magna frigiditas, & In monte ſanctæ Mariæ Montis Virginis
eſt maior frigiditas æſtate & in paruo ſcopulo maxima caliditas, non igitur
12 calidum formaliter.* P. ſi eſſet formaliter calidum, tunc ſemper, & æquali-
ter ſic eſſet, ſed hoc falſum, quia ſi ſenſu cognoſcimus calorem cœli, vt aſſe
ris, ſemper igitur calefieremus, ſed hyeme frigeſcimus, adeò ꝙ niſi igne cō-
13 ſeruaremur, periremus.* P. debebas declarare vnde prouenit iſta frigiditas
quam hyeme ſentimus, quia ſi ex terra, ergo tanta frigiditas terræ, quanta ca
liditas cœli, & ſi ſunt æquata in potentiis, non igitur eſt ponenda magna di-
ſtantia, ſi non ex terra quomodo poteſt prouenire ex cœlo vtrunque, ſtante
formali eius virtute, & in hoc Iandun. obſtat tibi 2. cœli quæſt. 12. dicens ꝙ
ſtellæ frigefaciunt idque multis probat rationibus. *P. tunc cœlum vreret
14 terram. Reſpondent ꝙ non vrit, quia habet ſenſum propriæ conſeruationis,
contra ergo calor non ageret, quia vnum contrarium agit in alterum ipſum
15 deſtruendo. * P. ſuppono quòd terra ſit vt pūctus reſpectu cœli ſecundum
Ptolom. & Alphagranium, quia vbicunque ſumus in ſuperficie orizontis
videmus medietatem cœli, & ex alijs rationibus Ptolom. lib. almag. dictio-
ne prima. cap. 6. ad quas me remitto. Suppono vltra ꝙ ſol eſt calidiſsimus
pluſquàm alia aſtra, & eſt pluſquàm terra ſecundùm eruditiores aſtrologos
166. vicibus, & ꝙ ſtellæ fixę primæ magnitudinis ſunt pluſquàm terra 155.
vicibus. Saturnus eſt plus quàm terra 95. vicibus Iuppiter plus quàm terra.
89. vicibus. Stellæ ſecundæ magnitudinis ſunt pluſquàm terra 86. vicibus.
Stellæ tertiæ magnitudinis ſunt pluſquàm terra 72. vicibus ſtellę quartæ
magnit. 50. vicibus, & quintæ 36. vicibus, & ſextæ magnitudinis pluſquàm
terra 20. vicibus. Mars eſt pluſquàm terra 2. vicibus, & ſtellæ infinitæ ſunt,
& orbes maximæ magnitudinis, & quolibet iſtorum eſt calidiſsimum, &
terra eſt vt punctus reſpectu omnium, & calor agit in alterum contrarium,
ſ. frigus deſtruendo ipſum, quomodo poteſt imaginari ꝙ hoc caſu terram
ipſam ita paruam non vrerent. Iſti aduerſarij allegant denuò magnam di-
ſtantiam. Contra hinc ad cœlum lunæ ſunt miliaria centum, & ſexaginta
milia, & trecenta, & quinquaginta duo 160352. hinc ad cœlum Mercurij
ſunt miliaria treceta & ſexdecim milia, & quincēta, & viginti octo 316528.

hinc ad

hinc ad Venerem ſunt miliaria octingenta,& triginta vnum milia & octingenta viginti ſex 831826. hinc ad ſolem, ſunt miliaria ſexagiges centum, & quinquaginta octo milia,& ducēta,& octoginta nouem 6058289. hinc ad Martem ſunt miliaria ſexagies,& ſemel centum,& octo milia,& quadringenta & nouem 6108409. hinc ad Iouem ſunt miliaria quatercenties, & quadragies & quatercentum,& ſexaginta octo milia,& ſexcenta,& viginti quinque 44472625. hinc ad Saturnum ſunt miliaria ſepties centies & vicies & ſemel centum,& ſeptuaginta octo milia,& quadringenta,& quadraginta quatuor 72178444. hinc ad octauam ſferam ſunt miliaria decies centies,& ſepties centum,& ſexaginta ſex milia,& centum & nonaginta nouē 100766199. hinc ad nonam ſferam ſunt vicies centies, & quindecies centum,& triginta ſex milia,& quadringenta,& nouem 201537409. P. ſuppono ex te ꝙ aqua eſt calida ex natura ſua, aer calidus vi ſolis, ignis eſt calidus, & omnes orbes,& aſtra quomodo poteſt eſſe tot calidiſsima ſimul iuncta, perpetuò ſeſe mouentia,& mota, & ita maxime calida,& ignita totus mundus calidiſsimus, tot miliaria quaſi infinito calore, habens ſolùm punctum vnum frigidiſsimum,& ipſum non vrere. Nec licet aſsignare tenuitatem ſine ratione, Nec poteſt quidem aſsignari de ſtellis, quæ & infinitæ ſunt ſimiles terrę in quantitate, & infinitæ etiam ipſa minores & omnes ipſa maiores 48. imagines in orbe ſtellato ab aſtrologis fuere numeratæ. P. totus mūdus eſt calidiſsimus ētiam in tenuitate cùm cōtrariorum ſemper alterum agat, frigus quidem aget, & ſic cùm robur ſumeret in aqua, aere, & igne, poſſet totum cœlum corrumpere. Conſiderari autem nullo modo poteſt figura cœli ſi rectè videatur etiam tenuiſsima caliditate & ſine ſtellis etiam, & nō quendam punctum ſolum vrere, ſic.n. decet aſſerere, parùm.n. niuis etiam ſi in aqua tepida collocetur, vtique extinguetur.* P. ſi motus omnes perſe 16
cauſam calorem,& totus mūdus calidus in tenuitate præter terram punctū, & iſte aptus vlterius igniri, eius igitur partes cùm moueantur magis ignirentur,& calidiſsimæ fient,& terra vt punctus immobilis, & frigida vſtularetur.* Tunc oportet reſoluere rationes aduerſarij. Et ad primam dico ꝙ Ad 1.
non omne lucidum eſt igneum, nam ſenſu percipimus criſtallum, lapillos pretioſos eſſe lucidiſsimos,& frigidiſsimos. P. dicimus ꝙ lumen cauſat calorem per reflexionem, vt diſputatione de calore dicemus.* Ad aliam dico Ad 2.
ꝙ quæ mouentur cum calore, & fatigatione ſunt calida, nec tamen omnia, ſed illa quę propria natura ſunt huiuſmodi, ſaltem potentia,& quę poſſunt frigefieri per accidens, & poſtea mouendo calefieri, vel magis calefieri. P. motus cauſat calorem, ſed non eſt calidus. P. non omnia quæ mouentur, & agitantur aſſumunt calorem à motu, quia graue velociſsimè mouetur circa medium, & tamen non magis calefit, quia ibi eſt perpetua frigiditas cùm terra ſit ſimpliciter frigida. P. ex doctrina noſtra patet ꝙ moueri nō eſt proprium calidi quia & cœlum & elementa frigida mouentur. Quòd autem motus non cauſet calorem niſi in potentia calidis ſic probatur trattoria organa

gana

gana dicta artemones nunquam fient calida cùm velociſsimo motu antlia deſcendens abſque ꝙ aliquis ei reſiſtat mouetur deorſum, & hoc eſt ſenſatum, motus igitur velox ſufficienti velocitate per ſe calefacit quādo approximatur calefactibili, vnde velocitas motus eſt diſpoſitio ad calefaciendū, ſicut grauitas ad deſcendum deorſum, & hoc eſt verum in aptis natis calefactibilibus, & ſi igitur cœlum mouentur illo motu, qui maximè poteſt calefacere. ſc. circulari, non tamen eſt ipſum calidum hac ratione, quia non eſt aptum natum, artemones enim etiam velociſsimo, & circulariter mouentur motu, non tamen calidi. At ſi cœlum magis calefaciat ignem non eſt mirandum, cùm ſit ipſe corpus calidiſsimum, & magis aptum accendi, & illuminari.* Ad aliam reſpondet zimara his verbis, & aduerte ꝙ licet ignis ſit

Ad 2. primum calidorum quæ ſunt hic, non propter hoc eſt primum calefaciens, nam vt ſcribit Com. 2. cap. de ſub. orb. ſicut in mouentibus, & motis corporeis oportet deuenire ad vnum motū ex ſe, quod moueatur à motore immobili, ſic in alterantibus & alteratis deueniendum eſt ad vnum primū alterans, quod in alterando non alteretur, quod eſt corpus cœleſte, hoc. n. calefacit motu & alia cauſa. ſ. mediante lumine, quod inquantùm reflectitur calefacere habet, & conſidera bene ꝙ cùm calor, & frigus ſint contraria, & frigus ſit caloris priuatio, quod aliter prouenit calor à cœlo, & aliter frigus, quia cœlum mediante propinquitate motus largitur calorem, largitur & frigus mediante motus diſtantia, vt Ar. 2. de gen. & cor. ꝙ motus ſolis in obliquo circulo per ſui acceſſum eſt cauſa generationis, & per ſui receſſum cauſa corruptionis idem. n. ſecundùm idem eſt natum ſemper facere idem, & per conſequens oppoſita, & contraria aut proueniunt ex oppoſitis cauſis, & contrariis, aut ab vna, & eadem ſub oppoſitis, & contrariis diſpoſitionibus ſe habente, ſic. n. idem erit contrariorum cauſa, abſentia. n. nautæ eſt cauſa ſubmerſionis nauis, & præſentia cauſa ſalutis, vt 2. Phy. t. c. 30. & Auer. ſic tenuit 2. cœli 42. ꝙ corpora cœleſtia per ſe non operantur niſi caliditatem, & frigiditatem, & notà ꝙ corpora cœleſtia ſunt cauſa vniuerſalis, & remota omnium effectuum, quæ ſunt hic, & ita omnes qualitates, quæ ſunt hic dependent à cœlo vt à cauſa vniuerſali, nō tamen ad omnem effectum qui hic exiſtit corpora cœleſtia per aliquam ſpecialem qualitatem concurrunt, ſicut ad determinatum effectum determinata cauſa, nam videmus naturas rerum eſſe multùm diſtantes adinuicem in perfectione, entia. n. ſunt ſicut numeri, & animalia perfecta fiunt à cœlo, & ab agēte particulari, 2. Phy. 22. ſol & homo generāt hominē, ſecus eſt de animalibus genitis ex putri materia, nam ſufficit ibi calor cœleſtis diffuſus in terra, & aqua, eodem modo cùm calor ſit perfectior frigiditate, frigus. n. eſt quaſi caloris priuatio principaliori intentione producitur à motu, et lumine quàm ipſa frigiditas, lumē enim et motus ſunt per ſe caloris productiua modis aſsignatis, et ſic cœlū videtur eſſe cauſa productiua caloris ſed reſpectu frigiditatis eſt cauſa priuatiua pro quanto per ſui diſtantiam talis motus operatur remiſſam caliditatem,

tatem, & nota ꝙ quando dicimus calor cœli concurrit ad aliquem effectũ, non intelligimus calorem formaliter cœli, qui nullus eſt, ſed calorẽ qui producitur mediante motu & lumine, & ſi corpora viciniora cœlo non calefiunt mediante lumine, calefiunt per motum mediante attritione, lumen autem calefacit inquantùm reflectitur, & talis reflexio in partibus ſuperioribus eſt magis diſperſa, quàm partibus inferioribus, & diſtantioribus, & ita differenter motus, & lumẽ calefaciunt, nã quæ ſunt cœlo propinquiora magis calefiunt ex motu, quæ autem remotiora magis ex lumine. Notà vlterius ꝙ in ipſis animatis motus eſt cauſa caloris, & per ipſum motum expanditur calor naturalis, & ſpiritus de centro ad circunferentiam, & maximè quando eſt velox, & cum certa menſura, quia ſi fuerit ſuperfluus, accidit ſpiritum, & calorem reſolui, & ſic infrigidat, ſed in rebus inanimatis cauſat calorem diſtrahendo, & rarefaciendo partes mobilis, vnde raritas eſt diſpoſitio ad caliditatem.* Ad aliam dico quod & ſi cœlum habeat attributa caloris, non tamen eſt calidum caliditate elementari, ſed ea quam diximus. Ad 4.
*Ad aliam ſi cœlum mouetur, ergo non frigidum, cõcedimus eſſe calidum eminentiori modo, quẽ diximus. P. ſi ex principijs Ariſt. curreret hæc ratio, currit hæc quoque: nam caliditas facit aliquod eſſe leue, & lucidum, ſi modò cœlum eſſet calidum, tunc eſſet leue, quod eſt falſum, quia omne habens grauitatem, vel leuitatem mouetur ſurſum, vel deorſum, quomodo cũ non moueatur cœlum nec graue erit, nec leue, maior patet ex ſuppoſito, & minor cùm declaratum fuerit infra cœlum moueri circulariter. P. dico ꝙ immobilitas, & grauitas ſunt attributa frigidis in comparatione ad corpora elementa, & elementata ab ipſo Ariſt. ſecundùm quem format argumẽtum, non eſt attributa grauitas, & immobilitas frigori in comparatione ad cœlũ, quia ſecundùm Ariſt. nec graue nec leue, nec mobile, vt ſic dixerim, quia & ſi moueatur, nullo inferiorum motu mouetur, ſed ſolo circulari, qui ſuperioribus conuenit, nulla ergo conuenientia inter ipſa, nulla igitur attributa ambobus communia. Ad 5.

Rationes Ariſtotelis quibus probat, & declarat cœlum non eſſe igneum, ſed diuerſum omnino, à ſublunarium ſubſtantia.* Primo corpora naturalia omnia habent motum proprium & naturalem quæ ſimilem illum habent ſimilia inter ſeſe ſunt, contraria quę cõtrarium, ſed cœlum circulo motum, nec horum vllum ſimile, nec contrarium, ſed penitus diuerſum videri debet, erit itaque diuerſæ ſubſtãtiæ.* P. ſi igneum ſit cœlum tandiu mole exuperans, adeoque actiuus ignis, cætera corrumpi poſſent omnia, omnemq; occupaſſet materiam.* Velocitas ſtellarum quæ currere videntur, & ſolis albedo non igneum eſſe cœlum Ariſt. videtur, ſi ſiquidem igneum omninò, aut igniri aptum & accendi, accenderetur vtique à rapidiſsimo illo motu, & in ipſo fierẽt quæ currere videntur non autem in cœlo, præſertim in ſupremo.* P. ſol qui calidus videtur albus apparet, non igneus. 1 2 3 4

TELESIVS. Volens cœlum eſſe igneum nititur ſoluere rationes iſtas

1. cap.

39. aer eſt magis grauis, quàm leuis. Pro Simplicio ſic dicerem ꝙ ille motus eſt violentus ratione termini à quo, & non termini ad quem. i. ratione qua violenter detinetur in loco ignis, non eſt violentus à termino ad quem, ſed naturalis, quia ad locum ſuum tendit. D. Tho. aliter ſentit de ratione principali, quæ eſt Zenarchi 1. cœli. 20. ꝙ motus aeris à loco ignis, & à loco aquæ eſt vnus, & idem, quia tendit ad vnum, & eundem locum, & non ſunt motus contrarij. P. dico ꝙ motus aeris non eſt ſurſum, & deorſum reſpectu eiuſdem, ſed ſurſum reſpectu aquæ, & terræ, deorſum reſpectu ignis, non igitur ſunt motus contrarij, cùm nec ſint ad contraria loca.* P. dubitatur ſurſum, & deorſum eſt vnus motus, & competit igni, & aeri qui ſunt diuerſarum naturarum, ergo vnus motus competit pluribus corporibus, ſic etiam de aqua & terra quibus competit deorſum. P. d. Ariſto. duo ſunt motus. ſ. à medio qui cõpetit igni, & aeri, & ad medium aquæ, & terræ, ergo vnus motus competit duobus corporibus.* Simpl. d. ꝙ ignis, & aer nõ habent eundem motum ſpecie, ſed diſtinctos, quia ſpecificatio motus ſumitur tum à termino à quo, & ad quem, tum à natura mouentis, & quia terminus ad quẽ aeris eſt diſtinctus à termino ad quem ignis, quia aer mouetur ad cõcauum ignis, ignis verò ad concauum lunæ, & vt ſic habebunt diuerſos motus ſpecie: ſin autem vocabitur idem motus, erit genere,* Contra magis, & minus non variant ſpeciem, vt ipſe fatetur in 2. digreſſ. aer. n. non mouetur ſicut ignis ſed minus, quia iſte vſque ad lunam, vnus igitur motus ſpecie competit duobus corporibus. Sed poteſt gloſari iſta propoſitio ꝙ magis, & minus non variant ſpeciem ſubalternam, ſed variant ſpecialiſsimam, & aer, & ignis ſunt eiuſdem ſpeciei ſubalternę. P. dico ꝙ nõ variant ſpeciem in eadem ſpecie, ſed quando tranſeunt ſpeciem variant, vt magis, & minus in albedine non variant ſpeciem albedinis, ſed variant ſpeciẽ coloris, & ita eſt ꝙ aer reperitur extra ſpeciem ignis quando eſt in loco ſuo, & per hoc ignis & aer ſpecificantur, quia motus ſpecificatur à termino ad quem. Et ſecundum dictum contra ſimpl. verum eſt etiam in genere motus, ſed motus ſurſum poſtea ſpecificatur in duas naturas ſpeciei diſtinctas, tum penes terminum ad quem, tum penes diuerſam naturam mouentẽ.* P. pro manifeſtatione propoſitionis dices ꝙ cœlum moueatur in aliquibus partibus velociter in aliquibus tardè, nam partes circa polum tardè, & quæ ſunt longinquæ velocius vbi igitur velocitas, & tarditas non vnus motus ſimplex competens eidẽ corpori ſimplici.* Primo dicitur ꝙ partes cœli ſunt vniformes, quia omnes mouentur circa centrum, licet aliæ velociores, aliæ tardiores. P. dico ꝙ eſt falſum quia ſi ego acciperem duas rotas alteram magnam, & alterã paruam, & omnes tenderent ad forum, iam omnes in eodẽ tempore mouebuntur, ſed rota magna velocius mouebitur, quia occupabit maius ſpatium, & tamen mouentur æqualiter, ſic dico ꝙ partium illarum vna videtur moueri velocius altera, quia occupat maius ſpatium. Primę tamen ſolutioni magis adhęreo, his declaratis, & ex aliis infra ſoluendis ſuper iſta propoſitione,

Deſcenſ.

Dub.

Sol.

Impug.

Sol.

Dub.

Sol.

patet alſum eſſe hoc principium omnes.ſ.motus vnam eſſe, & eandem operationem.* Tunc reſpondeo, ad rationem primam quomodo animal moueatur diuerſis motibus: Nota ꝙ motus ſimplex eſt vnus, & alter eſt compoſitus, & motus compoſitus competit corpori compoſito, vt animali.i.animal non habet moueri ſurſum, vel deorſum, vel circulariter ſolùm naturaliter, quia iſti non proueniunt à qualitatibus, ſed ſolùm à grauitate, & leuitate, & animal ex his compoſitum, & anima formatum diuerſos motus habet facere ratione appetituum à quibus mouetur, & naturaliter alios poteſt facere. P. vt d. quidam doctor vocatus Cleron deintento reſpondens huic argumento ꝙ & ſi animal non habeat niſi vnam formam, ſecundùm illos qui negant pluralitatem formarum, ideo ipſum non ſit compoſitum ſubſtantialiter, & realiter ex pluribus formis, tamen virtualiter, quia virtutes ipſarum ſaluantur in ipſo, vt virtus aquæ, terræ, &c. quæ non ſunt ſubſtantiæ, ſed accidentia, & per iſtas virtutes dicitur habere motus diuerſos, & plures qui non ſunt ſimplices, ſed compoſiti. P. aliter poteſt reſponderi ꝙ animal non eſt ſimplex ſicut elemẽtum, quodlibet.n.ex vna eſt forma, & materia, ipſum autem ex multis eſt, vt ex ea qua corpus, ex ea qua animal, & ex ea qua mixtũ, plures igitur motus ex iſtis habebit, quomodo ſpiritus qui motus author exiſtit non moueatur dixi in apologia mea. * Ad aliã ꝙ ignis accendatur pluribus motibus: ſumo pro nunc diſcep.ſeq. probandum ꝙ elementa in propris locis quieſcunt, quomodo autem ignis, & aer ſub concauo lunæ circulariter moueantur inferius dicetur, ſi igitur accenditur ignis variis, & diuerſis motibus, hoc eſt ratione materiæ, nam materia iſtius ignis elementati, ſic dicti, eſt humida, quę humiditas reſiſtit ſiccitati, & ideo quo modocunque ipſum ventilabis accendetur, & flammæ, quæ ex motu accenduntur, deſtruunt humiditatem lignorum. Nec licet ſequi ſenſum, & æquiuocare in ſenſatis.

Ad 1. (margin, beside "perationem")

Ad 2. (margin, beside "tus author")

TELESIVS. Ca.41. volebat probare ꝙ & ſi motus inter ſe diuerſi ſint, & corporis vnius vnus proprius ſit, nõ propterea cœlum eſſe diuerſum ab igne, & nequaquam ignem in proprio loco immobilem fuiſſe aſſignãdum,
1 ſed mobilem, & cœlo ſimilem. Nã ſi concedatur Ariſt. ignem recto, & cœlum circulari motu moueri, non eſt concedendum ei iſtos motus eſſe con-
2 trarios, & vni corpori vnum ſolùm conuenire.* P. Ariſtot. ſui immemor 2. cœli 17. & 18. attribuit igni nõ proprium, & naturalem motum, ſed ei dat immobilitatem veluti terræ, cui ignis nõ iuxtà contrarios motus magis quã iuxta motum, & immobilitatem cõtrarius videtur: legit totum textum 18. poſtea infert non igitur iuxta grauitatem, & leuitatem, & iuxta magis motus contrarius, quàm iuxta motum, & immobilitatem terræ contrarius Ari-
3 ſto. viſus ignis.* P. ſi ſalutaris eſt hic igni motus, iocunduſque propria debet natura moueri, ſi moleſtus, noxiuſq, neque à cœlo illum moueri oportebat, eo.n.ab operatione aliena promptius oblædatur, quia nobilioris, præ-
4 ſtantioriſque ſubſtantiæ operetur operationem.* P. cauſa reddenda Ariſt.

erat

erat cur motu gaudere, & ſeruari etiam ipſo ignis videtur, & ipſe ſit immobilis in proprio loco, & ab alio moueri gaudet, & demõſtrandus modus cur ſit immobilis, & voluatur à cœlo, ꝙ patet ex motu comætarum, & aliis.* P. ſi ignis compactus, & ſegregari aptiſſimus, & ſe ipſum non continens, ſi immobilis ſit in proprio loco, ſed tantùm impulſus à cœlo ſuprema ſui parte, tunc nõ vniuerſus, & tanto ordine, tantaque ſequatur velocitate, & bonam etiam magnamque aeris partem trahat, quia ſolida, & compacta, & benè ſe continentia quauis ſui parte, quouis impulſu aut tracta modò vniuerſa ſequantur neceſſe eſt, at nõ quæ tenuia ſunt, & facillimè à ſeipſis ſeparari poſſunt, vt aqua, & multò magis aer, & maximè ignis. 5

MARTA. Ad primam reſpondeo ꝙ etiam per te quæ differunt ſpecie ſunt contraria, & ſæpius dixiſti ꝙ equus, & homo ſunt contrarij, tui igitur immemor huic oppugnas, ſed perfectum, & imperfectum differunt ſpecie, ergo ſunt contraria, ꝙ autem motus circularis ſit perfectus, & rectus imperfectus probatur ex Ariſt. rationibus. Cui fit additio eſt imperfectũ, ſed motui recto fit additio, & circulari non ergo, &c. quia ſi in linea recta ſunt puncta in actu. ſ. terminantia & non copulantia, & non in linea circulari, ſicut motus rectus habet principium, & finem, & circularis non vnde ſibi poteſt fieri additio. P. ſicut linea recta habet in ſe determinatum principium, & finem, & non linea circularis, ſic motus rectus & non circularis. P. motus rectus incipit à quiete, et terminatur ad quietẽ, et vna eſt naturalis, altera violenta, id non in circulari, quare perfectior eſt circularis recto ideo differunt ſpecie, & ſunt contrarij.* Sed contra dicta ſunt rationes ꝙ lineę circulari fit additio, nam accipiatur linea à centro ad concauum lunæ ipſi nil poteſt addi. P. motui circulari poteſt fieri additio, quia circulationi hodiernæ poteſt addi craſtina. P. ſi illud perfectum cui nil poteſt addi, ergo nulla ſpecies rerum perfecta, cum ſingulis addi poſſit, datur. n. homo perfectus, & nõ perfectus, & bonus, & non bonus, & igni etiam poteſt fieri additio.* Ad primam harum reſpondet Simpl. ꝙ ſi non poteſt lineæ rectæ fieri additio, hoc eſt ratione materię, nam aliquod poteſt competere ratione generis, & nõ ſpeciei, vt 6. Phy. 15. omni motu dato, datur velocior, et ſi non datur velocior motu primi mobilis, non ratione motus, ſed ratione mobilis datur velocior. P. omnibus animalibus competit habere viſum, ſed repugnat talpæ, vt tali animali, ſic omni motu dato datur velocior, ſed repugnat ratione materię, hoc modo cœlum vt corpus corruptibile, ſed vt tale corpus nõ: ſic dico ꝙ licet linea recta ſit finita, tamen ei repugnat additio ratione materiæ, et ratione qua continetur à cœlo. Dices quod competit generi competit ſpeciei. Dico hoc eſt per accidens. P. dico ꝙ linea recta eſt imaginaria, non realiter, ideo nõ datur, et dato vno impoſsibili plura ſequuntur.* Ad aliam ꝙ omnis motus eſt finitus, et infinitus dupliciter vel ſecundum extenſionem, vel ſecundùm durationem, dicitur quod datur infinitas circularis extenſiuè in quantitate ſimul tota, circulatio. n. ſemper eſt ab vno puncto ad alium, nempe ab

Sol. ad 1.

An lineæ circ. poteſt fieri addi:

Sol.

Ad 2.

 oriente

oriente ad occidens,& vt ſic motus cœli eſt finitus. Et non valet ꝙ craſtina addatur hodiernæ,quia illi fit additio ꝙ præexiſtit, modò ſi præterit hodierna non præexiſtit. Dices circulatio eſt infinita. Dico ſucceſsiuè in duratione,æterno.n.tempore durat. Dices ꝙ linea recta eſt perfectior circulari,ipſa.n.habet principium,medium,& finem actu,circularis verò potentia, data hac reſponſione quia eſt infinita,& ſic non perfecta,quia caret fine,ergo linea finita perfectiòr. Dico ꝙ in linea circulari ſunt tria illa actu,ſed in motu circulari ſunt potentia,quia quicunque punctus poteſt eſſe principium, medium,& finis,quia accidens reſpectu noſtri eſt terminus ad quem,reſpectu aliorum eſt terminus à quo, & anima noſtra facit differentiam temporis craſtini,& hodierni,in ſe autē motus circularis eſt vnus,æternus,& continuus.

Ad 3. *Ad aliam dicitur ꝙ perfectum dupliciter,vel in determinato genere, & ſpecie, & illud cui nihil adeſt in determinato eſſe generis,vel ꝙ competit alicui generi abſolutè vt benè Scotus 1.ſen.d.ꝙ omne ens,ratione qua ens priuatur perfectione aliqua, tamen homini ratione qua homo nihil poteſt deficere, hinc Auerr. 5. Metaph.d.quoddam eſt perfectum abſolutè ꝙ tantùm in Deo eſt,quoddam verò in genere in his inferioribus. Ideo homini vt homo non poteſt fieri additio,ſed poſſet fieri ratione qua ens,& Ariſt. loquitur de prima perfectione.

Ad 4. *Ad aliam principalem dicitur ꝙ Ariſt.ſibi non contradicit, quia ignis eſt contrarius terræ hac etiam contrarietate habito reſpectu ad cœlum,quia ipſum mouetur ſuper re immobili quæ eſt terra, & ignis qui eſt ſub cœlo, ſic terra in ſe, & reſpectu cœli immobilis, ignis verò in ſe immobilis,& ratione cœli mobilis,moueri igitur & non moueri ſicut contraria,ita terra,& ignis,& cœlum etiam hac cōtrarietate.

Ad 5. *Ad aliam dico ꝙ motus ignis qui ſub cœlo nec ſalutaris,nec obnoxiꝰ. Pro quo N·ꝙ Simpl.primo de cœlo in digreſſ.ſup.t.11.d.quando ſunt duo corpora, quorum vnum dependet ab altero vel ineſſe,vel in contiguitate,& inter hęc vnum eſt potentius reliquo,ſemper quod eſt potentius ducit ſecum impotentius,vt ſi mouetur rota,mouetur & formica ibi exiſtens, quia ſunt corpora contigua,& vnum depēdet à reliquo,ſic dico ꝙ cùm ignis ſit cōtiguus cœlo,& ſit magis actiuus,ideo habebit moueri ad motum cœli,& hic motus nec naturalis, quia ipſius eſt aſcendere, nec violentus quia eſt à principio extrinſeco paſſo afferente violentiam,qui habet deſtruere,non perficere,modò ignis per talem motum perficitur,ſubtiliatur, & conſeruatur,ſicut apparet ad ſenſum,nam ſi accipis funem ignitam, quam moueas circulariter,accenditur,& motus circularis vrit vectabuli rotas, idcirco ſupponuntur herbæ vt dicitur ſurrotari,ideo hic motus erit ſupra naturam à D.Tho. vocatus,& ita præſens argumentum ruit.

Dub.] *Sed hic dubitāt aliqui ꝙ Ariſto. non cognouit talem motum, nam primo cœli 14.d.omnis motus,aut naturalis,aut violentus,& ꝙ competit vni naturaliter,alteri competit violenter, non igitur datur medius inter iſtos,& t.10.d. violētia.n.contingit illi qui alterius,& alterius,modò dicunt iſti ꝙ ſi daretur iſte motus,Ariſt.diceret falſum. P.

ſum. P. ipſe arguens Plat. ꝙ præter hunc motum non datur alter, ſupponit vnum ꝙ omnis motus aut naturalis, aut violentus.* Ego autem inueni, ſex textus ex quibus colligo hunc motum ſupernaturalem. primo 12. Met. habetur ꝙ planetæ mouentur ab occidente ad oriens, tamē motu primi mobilis ab oriente ad occidens, tūc quæro quis eſt hic motus, aut naturalis, aut violentus, non naturalis, quia vt philoſophi conueniunt cum aſtrologis eſt primus iam dictus, non violentus cùm abſit à cœlo, ibi. n. nil caſus, nil fortunæ, ſed ſempiternus ordo, &c. ꝙ ſi eſſet violentus, tunc violentum eſſet æternum, & eſſet in cœlo, hic itaque motus ei competit ſupra naturam. P. Ariſt. 10. Ethic. c. 7. d. vita beati non competit homini ſecūdùm naturam, nec præter naturam, ergo ſupra naturam. P. 6. Ethic. ca. 10. d. homo ſapiens, & ſapientia ſuperat naturam hominis quia ſi eſſet naturalis omnes eſſent ſapientes, nec violenta vt patet. P. Auerr. 11. diſput, deſtr. ſol. 1. dub. d. motus Dei eſt nobiliori modo quàm natura, erit itaq; ſupra naturam, non. n. contra naturam, nam eſſet hæreſis. P. patet ꝙ motus circularis ignis ſit ſupra naturam, quia ſi cœlum violenter moueret ignem, tunc ignis ei reſiſteret, moueretur. n. contra ſuam inclinationem quæ eſt moueri ſurſum, & ſic cœlum quoque pateretur. *Rationes in oppoſitū eleleganter audiui ſolutas à Clariſsimo Berardino longo Comite palatino Neapolitano philoſopho lectore ordinario matutino, & veſpertino. Ad primam dicebat ꝙ antiqui tenuerunt cœlum eſſe compoſitum ex ſummitatibus elementorum, partibuſque purioribus ipſorum, & ꝙ adhuc tenetur ab aduerſario, hoc ſtante quia ignis quando mouetur in ſfera propria aut naturaliter, aut violenter, quia dato ꝙ cœlum ſit de natura elementorum ignis non haberet ſuperiorem naturam diſtinctam quæ ipſum moueret, & quia cœlum habet aliam diſtinctam, &c. Et vt ſic. d. ꝙ omnis motus aut naturalis, aut violentus, ita Ariſt. dixit, & habuit oculos ad antiquos, qui voluere cœlum non eſſe diſtinctū ab elementis. At ſi teneatur opinio Ariſt. ꝙ cœlum ſit quintæ naturæ diſtinctæ erit ſupra naturam motus, & hoc dictum poteſt fundari ſuper conceſſis ab Ariſto. 1. cœli contra Plat. nam ibi arguit ex conceſsis à Plat. volente cœlum conſtare ex elementis, &c. ergo motus ignis in propria ſfera non eſſet naturalis, nec violentus, ſed ſupra naturam. ſ. à cœlo quod eſt natura ſuperior, non elementa. Dices ꝙ motus ignis in propria ſfera non eſt ſecundū propriam inclinationem ſuam, ſed ab extrinſeco. Dico ꝙ non eſt à natura, ſed ſecundùm naturam, quia hoc agens extrinſecum ꝙ habet afferre, habet deſtruere, & non conſeruare, & tunc eſſet violentus quando hoc agens. ſ. cœlum deſtrueret ignem, modò ipſum conſeruat vt patet. *Ex his patet reſponſio ad 4. cur gaudet motu, & ipſo circulari ſeruatur, quia non eſt à natura ſua, ſed ſecūdùm naturam. Cur autem in proprio loco immobilis ſit, pro nunc eſt cauſa, ꝙ ſi moueretur, ad aliquod moueretur ad quod haberet potentiam, quæ cùm ſemper denotet imperfectionem, tunc ignis moueretur à natura ſua in proprio loco, & eſſet imperfectus, quod inferius dicam.

Sol. (margin, beside "Ego autem inueni")

Sol. (margin, beside "Rationes in oppoſitū")

Ad 4. (margin, beside "Ex his patet")

Ad vlti-

Ad 5. *Ad vltimam ſi ignis eſt aptiſsimus diſgregaıi, quomodo cœlum tam ordinatè moueretur, & ſemper continuè ꝙ ipſum ignem non diſgregaret. Dico ꝙ ſi circulariter inferiora motu ordinatiſsima ſunt, vt patet de arytena aqua plena, quæ voluatur velociſsimè ſupra epagontem, ab ipſa non exit nec diffunditur, quomodo hoc idem de cœlo non dicemus quod & præcipiente Deo circumuoluitur, & ordo rerum eſt, & ita ipſum diſgregare non pôt.

TELESIVS. Cap. 47. primi lib. nititur ſoluere aliam rationem Ariſt. ꝙ orbes, & ſtellæ non propterea ſunt ponendi ignei ꝙ ſi tanta mole exuperat ignis reliqua omnia corrumpat, & occupet, quia vt videtur factum potuit languidiſsimè amoueri, & ſummæ indi tenuitati, in qua ſummè langueret, veluti apud nos in tenuiſsimis qui accenditur rebus certis modò in partibus ſibi ipſi collectus, vnituſque & robuſtior factus, à quibus ne frigus à propria ſede detrudatur aſsiduo, ac velociſsimo, & ſemper vario, ac diuerſo earum motu prouideri.

MARTA. Iſtas calumnias ſuperius reiecimus, nec iterum ad hoc veniſſem ſi me liberum à manibus ſuſurronum iudicaſſem, videant ſupra rationes noſtras ſuperius adductas contra iſtam magnam diſtantiam.

TELESIVS. Cap. 48. nititur probare cœlum eſſe de natura ignis etiam ex ipſo Ariſt. & ſigna ab ipſo oſtenſa declarant orbes & ſtellas eſſe igneas.
1 * Primo craſsiores vapores delati ad ſupremum aerem ab eius rapidiſsimo motu accenſi ſtellarum ſpeciem Ariſtoteli præbent, ſtellæ igitur debent videri igneæ quia quod cœlo corpus eſt ſimile, cognatumque. *P. Ariſt. do-
2 cendo calores iridis videtur ei ignis veluti ſol in propria natura albus, at puniceus vterque & flauus fieri ſol per vapores, ille per fumum, vel in fumo conſpectus.

Ad 1. MARTA. Ad primam ꝙ craſsiores, &c. præbent ſtellarum ſpeciem declaro. i. figuram, vel faciunt quandam ſpeciem ſtellarum æquiuocam, ex cuius natura non licet argumentari eandem eſſe verarum ſtellarum naturam.
Ad 2. *In ſecunda verò malè allegat Ariſt. P. ſi id diceret, nec cõcluderet, non. n. eſt philoſophi boni ex æquiuocis argumentari.

De mundo.

MVNDVM non tantùm eſſe vnum, ſed impoſsibile eſſe plures fore, patere poteſt ex eius definitione, cuius machina vna ſola eſt omnes res complectens, extra quam nihil eſt, quod & ſi clarè patet, poteſt multis rationibus comprobari. Corpora quidem aut quieſcunt, aut mouentur & ita aut naturaliter, aut violenter, vbi autem naturaliter quieſcunt, eò naturaliter tendunt, ſic vbi violenter: ſi igitur erunt duo mundi, neceſſario erunt duæ terræ, & terra quæ in eorum altero exiſtet aut ad medium huius progredietur per naturam, aut per violentiam, oportebit autem dicere eius mutationem ab vno ad alterum eſſe naturaliter, quod manifeſtè eſt falſum, nunquam. n.

quam.n.terra à medio deſcendit naturaliter, idcirco ponitur naturaliter im mobilis, cùm verò omnes mundi eiuſdem eſſent naturæ, neceſſe eſſet eadē corpora continere, quæ & eiuſdem vis, & virtutis, & naturæ forent, ignis itaque, & cætera elementa eiuſdem forent naturæ, ſi.n.corpora quæ vtrobique manent eiuſdem nominis tantùm eſſent, & mundi etiam ſic eſſent, quare oportet aliqua corpora vtrorumque ſurſum tendere, & aliqua deorſum, & cùm ignis in vtriſque tendat ſurſum, & terra deorſum ex identitate motus venimus ad identitatem naturarum elementorum, neceſſe eſt igitur ꝙ omnes partes terræ quæ ſunt in alio ad hoc met centrum noſtrum tendant, & partes ignis ad circumferētiam eiuſdem, ſed hoc eſt impoſsibile, tunc.n. terra ſurſum tenderet.i.ad circumferentiam eius, & ignis verſus centrum, & terra quam nos habitamus à nobis diſcederet, & ſecundùm mundorum diſpoſitionem pro alterutro præpararetur, conſequenter ſi centrum vnius diſtaret à centro alterius, terra noſtra eouſque tendere non poſſet, niſi ſuum proprium relinqueret, verſus cuius circumferentiam cùm moueretur ſurſum tenderet: ſimiliter cùm circumferentiæ diuerſorum mundorū habeant diuerſos ſitus, neceſſe eſt ꝙ ignis tendendo ad circūferentiam alterius mundi deorſum deſcenderet, ꝙ eſt impoſsibile, ideo oportebit dicere aut ꝙ ſimplicia corpora talium mūdorum non ſint eiuſdem naturæ aut ꝙ tantùm ſit vnum centrum, & vna circumferentia, ad quæ corpora grauia, & leuia tendant. Et ita impoſsibile eſt eſſe plures mundos. Aliquis diceret ꝙ licet omnia corpora naturalia habent motus proprios, tamen illi poſſunt violenti eſſe, & omnibus modis coacti, quibus talia mouerentur, licet fuerint motus contrarij, ſicut diceretur ignem violenter tendere deorſum, & ſurſum. Dico eſſe id impoſsibile, nam quod nō habet motum proprium, & naturalem, non poteſt moueri violenter, vi.n.moueri eſt à ſuperiori agente remoueri à propria, & naturali operatione, quam ſi non haberent motu, nec cogi poſſent animali.n.ꝙ naturaliter non videt non poteſt dici ꝙ eſt cæcum, cogimur igitur dicere talia corpora quæ ſunt mundi partes habere aliquos motus naturales, & quæ habent eandem naturam, habent eoſdem motus ad eūdem finem, & terminum tendentem, & hos omnes motus ab eadem natura prouenientes ad eundem locum determinatum oportet ire.i.cùm ſint grauia ad hoc centrum, & cùm leuia ad hanc circumferentiam, poſſunt tamen eſſe diuerſa centra, & circumferentiæ iuxta quarum diuerſitatem poſſunt talia diuerſorum mundorum non eadem corpora ad ipſa progredi. Reſpōdetur talem motum eundi ad ſimiles qualitatis locos, ſed numero diuerſos minimè rebus eiuſdem naturę conuenire poſſe ſic.n.aut oportet omnes res eiuſdem naturæ ad diuerſa loca numero tendere, aut ad vnum determinatum, ſed videmus oēs partes terræ ire ad determinatū.ſ.graue, cū itaque oēs huiuſmodi partes cum alterius partibus cōueniant, ad idē centrū gradiētur, & idē de cæteris elemētis: quare aut elemēta diuerſorū mundorū erūt diuerſa ſpecie aut cōformia, quod ſi eſſet, non aſſerendū eſt alterū mundū ab iſto.

*Quere-

Definí. Mūdi.

† Quæreret aliquis rōnē quare nō pñt eſſe plures,& pro ea oportet definitionē mundi aſsignare. Mūdus eſt extrema circumferentia totius,& oē corpus proximū vltimę circūferentiæ,in quibus luna,ſol,& aliæ ponuntur ſtellę. P. mūdus vocatur oē ꝙ circūdatur ab vltima circūferentia,tripliciter igitur cū dicatur,de tertio loqui volumus, qui eſt plenus omnibus corporibus ſenſibilibus naturalibus,extra quem nec eſt,nec eſſe poteſt corpus aliquod, hoc enim aut eſſet naturę corporum ſimplicium,aut compoſitorum, & tale extra mundum aut eſſet per naturam,aut prȩter naturam. Simplicia autem eſſe extra vltimā circumferentiam non poſſunt,habent.n.motus proprios,quorum nullus eſt extra corpus ꝙ circulariter mouetur,non poteſt mutare locum, ꝙ ſequeretur ſi quod illorum locum prȩteribit,ſic impoſsibile eſt,aliquod leuium ꝙ ad circumferentiam,vel grauium ꝙ ad centrum poſſe naturaliter extra circumferentiam reperiri, quia intra ipſam omnia gaudent propriis,& naturalibus motibus, & ita alia corpora impoſsibile eſt eſſe extta loca propria:ſi diceres contra naturam, neceſſe eſt talem locum extra circumferentiam habuiſſe aliquam propriam inclinationem ad talia corpora, nam quando aliquid continet contra propriam naturā, debet aliud continere ſecundùm propriam, ſi.n.alicui loco deficeret corpus naturale fruſtra eſſet à natura inditus, & eſt impoſsibile locum extra circumferentiam eſſe naturalem alicui,naturalis quidem non eſſet, nec corpori habenti circularem, nec rectum aſcendendo, nec deſcendendo, præter quos nullus alius datur, nec aliorum quidem ſimplicium corporum , licet aliis præter dictos gaudeant motibus,ergo nullum corpus ſimplex extra circumferentiam poteſt eſſe,& ideo nec compoſita etiam,nec ex natura, nec prȩter naturam, vbi.n.mixta, ibi & ſimplicia ex quibus facta ſunt,neceſſe eſt eſſe, nec extra circumferentiam poſſunt fieri eadem cauſa vel naturali, vel contra,& ideo nec ſunt,nec fuerunt,nec eſſe poterunt extra circumferentiam,quia totus mundus eſt factus ex tota ſua propria materia,quȩ eſt corpus naturale ſenſibile,& ita nec mundi ſunt plures,nec fuerunt,nec eſſe poterūt,ſed iſte ſolus eſt,extra quē nihil reperitur nec tempus,nec vacuum,nec motus. Quòd autē extra mundum nihil ſit, clarum eſt vbique poſſe eſſe corpus, vacuum autem nullum corpus continet,tempus etiam eſt menſura motus, qui non poteſt fieri, niſi à corpore naturali, ꝙ extra mundum non eſt vt probatum, ergo nec locus, nec tempus,nec vacuum, & ideo quæ extra mundi circumferentiam ſunt, non ſunt,nec egent loco,nec tempus poteſt facere,nec ipſa inuenire,nec talia poſſunt mutari cùm gaudeant vita ſufficientiſsima , & æterna, à quibus eſſe,& viuere dependet,his quidem clarius,his verò obſcurius, quæ diuinitas nec tempori, nec motui ſubiicitur,quia non poteſt moueri ab eccellentiori,cùm eo careat,mouens.n.eſt nobilius moto,erit ergo immobilis, immutabilis,perfectiſsimns,plenus omnibus bonis, à quo immediatè mouetur primum mobile.

An mūdus ſit magnit. infinitæ.

Dices ſi mundus eſt vnus,eſt ne magnitudinis infinitæ. Pro quo Nota ꝙ

neceſſe

neceſſe eſt omnia corpora ant ſimplicia eſſe, aut compoſita, ergo ſi eſſet infinitus, tale infinitū eſſet aut ſimplex aut compoſitum, & clarè patet cū ſimplicia ſint finitæ magnitudinis eſſe ēt compoſita ex ijs facta. Ideo eſt videndū an ſimplicia ſint infinitæ magnitudinis. Et dico ꝙ ſimplicia corpora habentia motum rectum aut aſcendendo, aut deſcendendo non p̄nt eſſe magnitudinis infinitæ, nam ex diuerſitate motuū patet ꝙ talia eunt ad loca cōtraria, & diſtātia inter ſe, & quando loca non eſſent determinata, & præfixa nō eſſent diſtantia, eſt.n. maxima, qua non eſt maior, ſed in infinito ſemper reperitur vna maior diſtantia reliqua, ideo ſi loca eſſent infinita, ceſſaret cōtrarietas locorum, cùm autem certum ſit talia loca contraria eſſe determinata, & præfixa in medio mūdi, qui eſt terminus motus earū rerum quæ deorſum tendunt, talis locus eſt determinatus, quęlibet.n. res grauis à quauis cœli parte deſcendendo, nequit magis deorſum deſcendere, quàm ad centrum, & ſi à centro diſcederet appropinquaretur cœlo, & ſurſum tenderet ꝙ eſt impoſsibile, ideo neceſſe eſt talem locum eſſe determinatum, & præfixum: Et cùm ſit centrum locus inferior, neceſſe eſt eſſe ſuperiorē illi cōtrarium, ſi igitur talia loca ſunt determinata & finita, corpora etiam quæ ibi mouentur talia eſſe oportet. P. ſi termini vltimi, & extremi ſunt determinati, & pręfixi, oportet & medios huiuſmodi eſſe, niſi.n. ſic eſſet, ſequeretur motū ab extremo ad alterum eſſe infinitum cùm fuerit medium infinitum, & hoc eſt impoſsibile. P. ex inclinationibus naturalibus id manifeſtū fit, quas habent talia corpora in eorum motibus naturalibus aut aſcendendo ad circūferentiam, aut deſcendendo ad centrum, ꝙ cùm talis locus eſſet infinitus, non poſſet à dictis corporibus exequi, at cùm nihil ſit fruſtrà à natura factum, corpora ad loca determinata eunt, ad quæ perueniendo, neceſſe eſt eſſe pręfixa, & determinata, & ita corpora quæ ibi habitant, determinata. P. idem apparet ex grauitate, & leuitate, quia corpori infinitè graui competit infinita grauitas, & leui leuitas, ſed non datur infinitum graue, nec leue, ergo talia corpora non ſunt infinita, quod patet rōne, nam præſupponamus corpus infinitum b. & ſua quantitas ſit finita g. a. & ab ipſo tempore infinito ablata ſit vna pars finita b. d. quæ ex neceſsitate erit multò minor quàm minus corpus infinitum, grauitas totius corporis erit minor: ſi igitur grauitas corporis b. d. finita ablata à corpore infinito, cuius grauitas eſt minor grauitate. g. quæ eſt grauitas totius corporis infiniti, & hæc minor grauitas ſit. e. quæ menſuret maiorem finitam quæ eſt g. ſecundùm quemlibet numerum, ſicut eſſet per numerum ternarium, dicēdo e. eſſe tertiam partem totius. g. auferamus à corpore infinito aliquam partem, quæ addatur corpori finito. b. d. ſecundùm proportionem g. excedens e. tale autem corpus ꝙ excēdit, ſit b. 3. itaque ſicut minor grauitas. e. comparatur minori g. ſic corpus b. d. comparatur. b. 3. & hoc certè poteſt fieri, quia à corpore infinito poteſt auferri quantùm neceſſe eſt, nam id eſt infinitum corpus, à quo & ſi auferatur quælibet quātitas finita ſemper abundat, & quia eadem eſt proportio magnitudinis ſeu

 grauium,

grauium,& ipſius grauitatis,quia minor grauitas habet minorem magnitudinem,& maior maiorem,ſed ꝙ eadem proportio quæ eſt.g.ad.e.ideſt minoris ad maiorem,eadem ſit b.ad b.3.quæ eſt à minori corpore ad maius ſicut fuit propoſitum,& cùm.e.ſit grauitas corporis b.3. & fuit ſuppoſitum ipſam eſſe quantitatem totius corporis infiniti,grauitas igitur corporis finiti, & infiniti erit eadem æqualiter, quod eſt impoſsibile, quia ſequeretur ꝙ totum ꝙ reſtat de corpore infinito non haberet aliquam grauitatem, ergo corpus infinitum non poteſt habere grauitatem infinitam. P.à corpore infinito poteſt ſemper auferri, auferatur igitur aliqua pars, & addatur corpori b.3.& ſit corpus infinitum b.1.eſt maior grauitate corporis b.3.ſed primũ ſupponebatur b. eſſe magnitudinem totius corporis infiniti, ergo grauitas corporis finiti erit maior grauitate corporis infiniti, quod ſicut non poteſt eſſe,ita nec corpus infinitum habere grauitatem finitam, nec inconuenit ꝙ minor grauitas menſuret maiorem,aut non mẽſuret,ſemper.n.idem ſequitur,neceſſe eſt.n.aut minorem menſurare maiorẽ,aut eccedere illam, ſicut numerus binarius ter captus mẽſurat ſenarium, quinarius autem ipſum nõ menſurat,nam ſemel quinque eſt minor quantitas eo,& qninque bis ipſum eccedit, ita ſi grauitas e.menſurabit grauitatem g. ſit hoc modo ꝙ ipſa ter capta menſuret vnam grauitatem g. ex hoc ſequitur inconueniens, quia ſi auferamus à corpore infinito tres magnitudines ſecundùm grauitatem b.d. grauitas magnitudinis,cõpoſita ex tribus magnitudinibus,erit grauitas tripla grauitate. e.quàm poſsit eſſe grauitas corporis b. d. certè grauitas tripla ad e.maior ſecundùm prædicta quàm grauitas. g.ſit grauitas corporis infiniti, ergo idẽ ſequitur.ſ.ꝙ ſit maior grauitas corporis finiti, quàm infiniti. Et nota ꝙ in faciendo prędictam demonſtrationem poteram accipere duas grauitates commẽſuratas ideſt ꝙ e.menſuret g.quia ſupra accepta fuit pars vna magnitudinis quæ faciebat b.d.cuius grauitas erat e.ideo oportebat dici e.non commenſurare.g.ꝙ non eſt differens à propoſito; Ex quibus clarè patet corpus infinitum non poſſe eſſe ponderis, & grauitatis finitæ, ſed cùm nõ poſsit eſſe aliqua grauitas infinita,nec igitur erit corpus aliquod infinitum. Et ꝙ non ſit grauitas infinita ſic oſtẽditur,ſi grauitas alicuius menſuræ determinatæ mouet per vnam magnitudinem ſpatij determinati in tẽpore determinato,neceſſe eſt ꝙ grauitas maior,quę eſt tanta,quanta minor, & aliquid plus, moueat per tantam magnitudinem ſpatij in minori tempore,quantò.n.virtus motiua eſt fortior,tantò ſuus motus eſt velocior,& ſic æquale graditur iter in minori tempore,vnde tempora, & grauitates habebunt ſimul vnam proportionem,nam ſi põdus vt ter mouet in hora, vt ſex mouebit in media, & ſic grauitas finita mouebit per omne ſpatium finitum in certo tempore finito,& cùm ita ſit quando eſſet aliqua grauitas infinita,eſſent duo contradictoria.ſ.ꝙ talis grauitas moueretur, & non moueretur,primùm ſequitur ex primo ſuppoſito, ꝙ autem aliqua res non moueatur ſecundùm grauitatem infinitam,ſequitur ex ſecundo;quia oportet omnia mo-

nia moueri ſecundùm proportionem. i. ꝙ maior grauitas moueatur in minori tempore, & nulla proportio eſt inter grauitatem finitam, & infinitam à minori tempore ad maius, ſed ſi ſic finitum, erit aliqua proportio, ſic non erit tempus in quo grauitas infinita moueat, ſed ſemper aliquod inuenietur moueri in minori tempore illo, in quo mouet grauitas infinita, quia ipſa nō mouet adeo tempore paruo, quin poſsit dici moueri aliquod in minori, nec datur tempus minimum, bene poteſt inueniri tempus minus tempore diuiſo. Sed dato ꝙ reperiretur tempus minimum adhuc neque eſſet proportio ab ipſo ad maius, tempus.n.minimum erit pars temporis maioris, ſicut vnitas pars numeri, ideo eſt aliqua proportio ab vnitate ad quemlibet numerū, ſed indiuiſibile non habet proportionem cum diuiſibili, quia non eſt pars illius, ſicut punctus non eſt pars lineæ, ideo non eſt aliqua proportio à puncto ad ipſam, auferatur igitur alia grauitas finita maior grauitate finita, quæ mouebat in maiori tempore quàm infinita, in qua proportione tempus minimum grauitatis infinitæ ita eſt ad tempus maius grauitatis finitæ. Ponamus ꝙ grauitas infinita ſit.e.& tempus minimū in quo mouet ſit.b. & grauitas finita ſit.g.in illa proportione in qua.d.eccedit.b.& hæc grauitas ſit.f. quę eſt finita, moueat in eodem tempore cum grauitate infinita per ſpatium æquale, ꝙ eſt impoſsibile, & ideo neceſſe eſt, ꝙ ſi in eodem tempore finito adhuc non minimo grauitas infinita moueret, in eodem etiam tempore grauitas finita moueat per ſpatium finitum. Nec de cœlo eſt aſſerendum, eſt enim corpus finitum, & terminatum, ꝙ mouetur circulariter, ſi.n.eſſet infinitum neceſſe eſſet lineas rectas quæ à centro illius deſcendunt eſſe infinitas, illæ.n.extenduntur ſecundùm quantitatem corporis, imò diſtantia quæ eſſet inter ipſas lineas, eſſet infinita, & illam diſtantiam dico, quæ menſuratur per lineam, vltra quam non reperitur alia linea maior, quæ tangat ſpatium primarum linearum, & probatur. Omnis diſtantia finita eſt inter lineas finitas, quæ diſcedunt à centro, quia à lineis finitis menſuratur, & finitam eſſe oportet, & ſemper in quacunque diſtantia poſita inter iſtas, inuenietur vna maior, ſicut quolibet numero inuenitur maior, & eſt bona ratio à numeris ad diſtantias, & ſicut in numeris eſt infinitum, ſic in diſtantiis ꝙ nequit eccedi, ſed ſi cœlum eſſet infinitum, oporteret diſtantias quæ ab illius centro diſcedunt fore infinitas, ꝙ ſi ſic eſſet, tunc non poſſet moueri motu circulari, alia quoque ratione probatur, nam ſi à tempore infinito auferatur tempus finitum, tūc id ꝙ remanet eſt finitum, & haberet principium, & ita motus erit finitus, & habebit principium. Vnde ſi à centro corporis finiti ꝙ eſt a.traheretur vna linea quæ eſt.a.g.quæ ſit finita à parte.e.& intelligatur hanc lineam circulariter moueri ſecundùm motum totius corporis, & punctus.g.ſuo motu deſcribat circulum, & imaginetur vna linea infinita in ſpatio, in quo moueatur corpus infinitū, quæ nō tranſeat per centrum, ſed ſit finita ex ambabus partibus, & ſit linea.b.ſi igitur linea a.g.e.deſcribat circulum a.g.e.circundando dictum circulum ſuo motu, diuidet totam li-

Quòd cęlū non ſit infinitum.

neam b.in tempore finito, clarum eſt equidem medium diametrum circuli nõ poſſe circumcirca verti, niſi diuidat, & ſeparet ſucceſsiuè totam lineam immobilem imaginatam in circulo extra centrum, & ꝙ tempus ſit infinitũ, in quo linea quæ oritur à centro diuidat lineam infinitam quæ deſcribitur extra centrum, hinc intelligitur tempus in quo cœlum mouetur eſſe infinitum, ſicut ſenſibiliter videmus, & conſequenter pars temporis quæ eſt ablata à toto tempore eſt finita, in qua linea a.g.e. diuidat line m.b. aut potius ſequitur illud tempus eſſe finitum in quo hæc linea quæ d u di , fertur vſq; ad line m, quæ eſt diuiſa, & hoc tempus oportet vt trahatur à toto tempore finito, & dimidium temporis ſumat principium, vt dictum eſt. Eſt igitur aliquod principium temporis in quo linea a.g.e. incipiet diuidere lineã. b. hoc autem eſt impoſsibile, quia diuidendo vnam pa tẽ ante aliam, ſi concederetur principium temporis in quo initiaretur diuidi, concederetur dari principium lineæ infinitæ ꝙ eſt contra rationem infiniti. Et ſic oſtenditur corpus infinitum non poſſe habere motum circularem. & ita eſſet cœlum ſi eſſet infinitum. P. ſequeretur etiam ꝙ tempus ſui motus eſſet infinitum, ſed nos videmus tempus talis motus eſſe finitum ergo & corpus & ſpatiũ, & ita cœlum, & ita etiam mundus erit finitus. Cùm autem mundi machina ex duabus conſtet principalioribus terræ partibus. ſ. cœleſti & elementari, tractemus primo de parte cœleſti aliqua vltra dicta. Eſt itaq; ipſa præcipua mundi pars, & lucida, & inalterabilis, nec grauitatem, nec leuitatem continens, & tantò maioris virtutis eſt cęteris elementis quantò remotior, & ab illis magis eleuata libera ab omni alteratione, paſsione, & motu, ab Ariſt. vocata quinta eſſentia, quæ comprehendit, & circũdat res elementares, & cœleſtes, extra quam nihil eſt. Hæc pars habet decem ſferas. Lunæ. Mercurij. Veneris. Solis. Martis. Iouis. Saturni. Firmamenti. Nonę ſferæ, & primi mobilis, & quælibet terram circũdat circulariter ſę moue do, ſed motibus diuerſis, quia alter eſt motus primi mobilis, ſeu primi cœli ſupra duas extremitates axis. ſ. poli artici, & antartici. i. ab oriente ad occidẽs regrediendo ad oriens & hic motus vocatur rationis, quia diſcedit à Deo, & ad hominem graditur, regrediendo ad Deum, quod cœlum diuiditur ab æquinoctiali. Alter eſt motus nouem ſferarum obliquè oppoſitus motui primi mobilis exiſtentis ſupra duobus axibus diſtantibus a primis per gradus 23. & minutos 33. ſed primum mobile ſecum ſuo impetu rapit omnes alias ſferas ſemel circa terram ſingulis diebus, & noctibus, aliæ autem ſferæ ſuum proprium & naturalem motum faciunt obliquè, vt dictum, iſti contrarium. Et iſte motus obliquus diuiditur à Zodiaco, ſub quo, quilibet planetarum habet ſuam ſferam propriam, & in ea quilibet mouetur proprio motu, & menſurat ipſum in diuerſis temporum ſpatiis. Firmamẽtum facit motum ſuum trepidationis, nona ſfera motum ſuum in triginta ſex millibus annis, centenis. n. annis mouetur per ſingulos gradus. Saturnus mouetur triginta annis. Iuppiter duodecim. Mars duobus. Sol diebus trecentis, & ſexaginta quinque &

Partes mũdi.

Sferæ.

que & ſex horis. Venus, & Mercurius quaſi ſimiliter. Luna diebus viginti ſeptem, & horis octo. Nec ex dictis ſequitur motum cœli habere contrarium, magna.n.differentia eſt inter motum factum per lineam rectam, & circularem: ſit.n.linea recta inter duos punctos a.b.certum eſt ꝙ motus localis qui ſupra talem lineam fiet ab a. ad b.erit contrarius motui qui à.b. ad a.ſed non eſt ſimilis ratio deſcribendo lineam circularē ſupra duobus punctis qui ſunt a.b. quia infra duos punctos non poſſet eſſe, niſi vna linea recta, & infinitæ lineæ curuæ, quæ ſunt diuerſæ portionis circuli: ſi igitur motus qui eſt ab.a. ad b.per lineam circularem eſſet contrarius motui qui à b. ad a.per eandem lineam ſequeretur ꝙ vni tantùm motui eſſent, infiniti contrarij. Similiter in vno ſemicirculo ſicut ab ipſo d.ad g.& à g.ad d. erit idē, quia omnes diſtantiæ menſurantur per lineam rectam, idemque erit faciendo circulum integrum, & ponendo motum qui eſt in medio circuli contrarium motui alterius circuli. Sit itaque circulus diameter, cuius ſit 3. ꝙ diuidat ipſum per duos medios circulos quorum alter ſit.i.& alter.3. & dicatur ꝙ motus qui eſt ab e. ad 3. per ſemicirculum ſit contrarius motui qui eſt à 3. ad e.per ſemicirculum.i. ꝙ eſt impoſsibile per eaſdem rationes prędictas, quæ ſunt, ꝙ diſtantia quæ eſt infra.e.i.3. non menſuratur ſemicirculo, ſed diametro e.3. & quia vnus eſt motus continuus habens principium ab.e.& veniens ad 3.per ſemicirculum.i. & regredietur per eundem ſemicirculum ab 3. ad e. & duo motus contrarij non poſſunt continuari, & eſſe ſimul in eodē corpore, & loco, ſed licet tales motus partium circularium eſſent contrariæ, non per hoc ſequeretur ꝙ in motu circulari integro eſſet contrarietas. Sit.n.circulus, ſupra quo notentur tres puncti a.b.g.& ibi ſint duo motus circulares, quorum alterum incipiat ab a.& per medium b.eat ad g.& ita regrediatur in a.alter verò ab a.& primo eat ad g.& tranſeundo per b. regrediatur in a.apparebit nullo modo hos motus eſſe contrarios, & hoc quia omnes iſti duo motus habent principium ab vno termino, & regrediuntur ad illum.i.ad a.cùm igitur non initientur à loco contrario, nec ad ipſum terminentur, qui eſt finis contrariorum motuum, ſequitur ꝙ non ſint contrarij motus illi. Circa formam cœli, & figuram, omittentes antiquas opiniones, veram aſtrologorum ſententiam inſectantes dicimus per multas rationes inconuincibiles cœlum deberė eſſe, ſicuti eſt figuræ ſfericæ, hæc.n.maximè ſibi conuenit figura cùm ſit omnium figurarum linearium prima, nam omnes figurę planæ aut ſunt ex lineis rectis, aut circularibus, primæ ex pluribus conſtāt, ſecūda vero ſolà vna circulari, in omnibus autem rebus, quod eſt vnum eſt prius multis, & ſimplex eſt prius compoſito. P.illa res vocatur perfecta, quæ in ſe habet quicquid conuenire poteſt ſibi, ſed in lineis rectis ſemper poteſt fieri additio quòd non in circulari, hæc eſt ergo perfecta & aliis figuris prior. Eodē modo figura ſferica videtur quòd ſit prima omnium ſuperficierum ſolidarum.ea.n.vnam tantùm continet ſuperficiem, cęteræ linearum rectarum multas, ſicut igitur figurarum planarum circularis

An motus cœlis hēat cōtrarium.

De figura cœli.

eſt pri-

eſt prima, ita ſferica eſt omnium ſuperficierum, & ſolidorū corporum prima. Idem oſtendimus ſi volumus figuras lineis adaptare, nam quòd circulo competat vnitas clarè conſtat, cùm ſit prima, & ſimplex, triangulo autem dualitas, ſunt.n. eius anguli duobus rectis æquales, ſi quis autē poneret triangulum conuenire vnitati, poneret figurā ſfericam non eſſe figuram, & quia prima figura debet eſſe primi corporis, & primum corpus eſt illud quod eſt in extrema circumferentia mundi, idcirco neceſſe eſſet tale corpus eſſe ſfericum, & ſic ſimiles eſſe cœlos planetarum inferiorum, ex quo concluditur totum cœlum eſſe ſfericum, & hoc neceſſarium eſt, nam cùm cœlum moueatur circulariter, & nihil ſit extra eius circumferentiam, ſi quam aliam haberet figuram vel cubicam, vel pyramidalem, vel aliam, extra circumferentiam aliquid poneretur vel locus, vel vacuum, vel aliud, & hoc eſt clariſsimum, cùm figura rectæ lineæ ſi moueatur circulariter, omnia loca in omnibus partibus implere non poſsit, & vbi aliqua res erat, non eſſet, & è contra, quòd ex angulorum mutatione accideret, ibi.n. oportet eſſe aliquos angulos maiores aliquibus partibus illarum. Idem etiam eueniet ſi cœlum eſſet alterius figuræ præterquàm circularis, à qua omnes lineę tractę ad centrum ſunt æquales, quod non eſſet ſi eſſet figuræ oualis, vel lenticularis. P. hęc figura circularis eſt neceſſaria cùm ſit capaciſsima, & omnibus aliis maior, & quantum ſpatium ſit à terra ad orbes dictū eſt ſupra. Stellæ, quas nullo pacto igneas ponere neceſſe eſt, cùm apertè videamus quòd mouentur, neceſſe eſt aut cœlum ſtare immobile, & ipſas moueri, aut ambo moueri; at ambo quieſcere eſt impoſsibile, cùm terra ipſa quieſcat, & ſit immobilis, aliter motus qui videntur, non viderentur: ſi ambo mouerentur, neceſſe eſſet quòd tanta eſſet velocitas ſtellarum, quanta eſt ſferarum, nec hoc eſt rationabile. ſc. quòd tanto ſint velociores motus ſtellarum, quanto orbium, & quòd tantò velocior ſit vna, quantò in maiori circulo moueatur: rationabilius autem eſt quòd circuli habeant velocitatem proportionatam eorum magnitudinibus, vnde ſicut non eſt rationabile velocitatem ſtellarum proportionari magnitudinibus circulorum, ſed conueniens eſt velocitatem circulorum eorum magnitudinibus coæquari, ſic eſt incōueniens velocitatem ſtellarum eſſe æqualem illi circulorum, quia proueniret aut ex neceſsitate naturali, aut à caſu, ſi à naturali neceſsitate procederet quòd ſtella quæ mouebitur in maiori circulo ſit velocior, ſequeretur quòd ſtella quę erit in maiori circulo poneretur in minori, & ſtella, quæ erat velocior, fieret tardior, & è contra, ex quo facile cognoſcetur ſtellas non moueri motu proprio, ſed ab eorum circulis, ſin autem tale procederet ex caſu, non accideret omnibus ſtellis, & circulis, & quòd in maioribus inueniatur maior ſtellarum velocitas, cùm autem hoc accidat in omnibus, vanum eſt dicere à caſu procedere: Nec in rebus naturalibus, & præcipuè in cœleſtibus poteſt eſſe caſus, ſed ſempiternus ordo, &c. Impoſsibile igitur eſt ſtellas, & orbes eadem moueri velocitate, tunc.n. alter motuum ſuperfluus eſſet, & vanus, ſin autem

Quomodo moueatur ſtellæ.

cœli quieſcerent, & ſtellæ mouerentur, eadem inconuenientia locum habe rent, quare cùm nec cœli, & ſtellæ ſimul, nec ſtellæ ſolæ moueantur, reſtat dicere cœlos tantùm moueri, & ſtellas in earum circulis quieſcere, & ab illis ferri, & hoc modo nullum ſequitur inconueniens, quia maior velocitas adaptabitur circulis maioribus ſicut naturaliter eſt in omnibus corporibus, & ideo conuenientius maiores circuli in ęquali tempore mouebuntur, nec cœli ſeparabuntur, ſed erunt vniti. P. cùm ſtellæ ſint figuræ ſfericę ſi mouerentur ex ſeipſis, mouerentur motu tali figuræ conuenientiſsimo, qui eſt circumuoluere, apertè autem videmus ipſas nullo iſtorum motuum gradiri, ipſæ igitur ex ſeipſis non mouebuntur, Quòd non circumuoluantur, patet, tunc enim omnes earum partes mutarent locum, ipſæ in eodem loco ſtantes, cuius oppoſitum videtur, quia aliquando videntur propè occidens, aliquando propè oriens, idem eſſet ſi voluerentur, tunc in ipſis non ſemper apparebunt eædem partes, ſed ſemper in luna videmus vnam, & eandem faciem, & quod in vna eſt ſtella, in omnibus eſt aſſerendum, cùm eadem omnes gaudeant natura. Et ſi mouerentur in earum ſferis, ipſarum motus eſſet progreſsiuus, nec hoc eſt credendum, natura enim dediſſet inſtrumenta, & membra apta ad motum, cùm ipſa omnia faciat ordinatè, nec eſt veriſimile quòd natura habuiſſet ſolùm curam de animalibus, & non de cœleſtibus, ſed credendum hoc conſultò factum ab ipſa fuiſſe conſtituendo cœlum, & omnes ſtellas figura ſferica, quæ eſt admodum corpori circulari vtilis, per quam mouetur in ſemetipſo non mutando locum, vnde cùm oporteat cœlum moueri in ſe met, & ſtellas non moueri ex ſeipſis, ſana ratione fuit ambobus data figura ſferica, quo modo cœlum eſt aptiſsimum moueri ex ſeipſo, & ſtellas in ipſo quieſcere. Nec licet dubitare an ſtellæ ſint ſfericæ, cùm ſint cœleſtes, & natura nil operans fruſtrà immobileſque faciens, circulares conſtituit eas, & id magis in luna nobis viciniore manifeſtum apparet. Poſt hanc partem mundi cœleſtem ſupereſt elementaris, de qua nunc diſcutiamus.

TERTIA

TERTIA DISPVTATIO

De Elementis.

ARISTOTELIS. Opinio de altera principaliori mundi parte.ſc. de elementis eſt,ipſa eſſe prima corpora compoſita,& cauſam compoſitionis aliorum corporum, & hæc eſt illa pars, quã videmus cõtinuò alterari, vt temporis longitudo id manifeſtum facit,nam vbi erat aqua ſolet fieri terra,& è contra,quæ regio elementaris diuiditur in quatuor magna corpora dicta elemẽta,habentia ſuas proprietates,& attributa,ac ſuis gaudentia naturis. i. motibus rectis aſcenſu, & deſcenſu ſecundùm ꝙ eſt ſingulis proprium. Primùm elementum eſt terra,natura ſummè grauis,& ideo poſita in medio,centrũ mundi,& circa hãc aqua etiam grauis,ſed nõ tantùm,ambobus autem eſt inſitus motus rectus deſcendendi,circa aquam aer ſua natura leuis, circa quem ignis ſummè leuis,purus,non turbidus ſub concauo lunę exiſtens,& hi motu recto aſcendendi gaudent,& ex his componuntur omnia,ea etiam continuò corrumpuntur,alterantur,& regenerãtur,& ex eorum qualitatibus & attributis primis ſibi contrarijs, & qualitates quatuor ſunt.ſ.caliditas frigiditas humiditas,& ſiccitas, & impoſsibile eſt dari eorum vnum corpus altera ſola qualitate preditum,quia nunquam fuit corpus calidum nullo modo humidum vel ſiccum,aut frigidum,neque humidum neque aridum, ità de humiditate, & ſiccitate ſenſu nunquam comprehendes neutrum eorum diſtinctum à caliditate,vel frigiditate,opus eſt igitur in vnoquoque elemento ipſas eſſe coniunctas , ex qua coniunctione poteſt inueniri numerus elementorum componentium mixta.Hę autem qualitates ſex coniunctionibus cognatione inuicem componi poſſunt, quarum duas impoſsibile eſt eſſe in rerũ natura.ſ.caliditas & frigiditas ſimul,vel ſiccitas ſimul & humiditas.Sed ſi has qualitates ſumpſeris non ſummas , corpus illud ſimplex non erit,ſed mixtum,in corpore enim ſimplici,ſimplices oportet eſſe,reſtãt itaque quatuor combinationes,ſic quatuor elementa,ſic enim ratio perſuadet,& ſenſus,ignis calidiſsimus,& ſiccisſimus,aer calidiſsimus,& maxime humidus, aqua frigidiſsima,& ſummè humida,terra ſua natura frigidiſsima,& ſicciſsima. Et iſta elementa ſunt contigua, quia ſub concauo lunæ ignis, ſub igne aer, ſub aere aqua, & terra, nec ſunt continua, quia tunc vnus eſſet motus omnium.Iſta autem corpora elementaria clarè videntur generari, & adinuicẽ tranſmutari ex eorum qualitatibus inuicem contrariis, cùm autem in ali-

quibus

quibus elementis ſint ambæ qualitates contrariæ qualitatibus alterius, ſicut qualitates ignis aquæ,& in aliquibus ſit vna contraria,& altera ſimilis, ideo inter ipſa aliqua ſunt contraria magis,& aliqua minus,tamen omnibus ineſt contrarietas,ideo omnia generantur,& eorum generationes differũt, aliquæ enim ſunt faciles, & velociores, aliquæ difficiles, & tardiores, quia eorum quæ vna tantùm qualitate opponuntur generationes velociores dicuntur, quæ verò duabus,tardiores,& ratio eſt quia facilius tranſmutatur vna qualitas quàm duæ, & ideo facilius ex aere fiet ignis, ſi enim ſiccum ſit potentius humido,& ipſo dominatur,ex aere generatur ignis, & idem erit ſi calore dominabitur frigus,ex aere aqua fiet,& ex aqua terra,ſi huius ſiccitas potietur,& ex terra ignis ſi eius caliditas frigiditate terræ vehemẽtior erit, ſed ſi ex aqua generabitur ignis,& ex terra aer, vel è contra generatio difficilis, vel tarda vocatur, ſunt enim ambæ qualitates tranſmutandæ. Et ſic altera mundi pars ex Ariſtotelis intentione declarata eſt.

TELESIVS.2.lib.cap.8. redarguit Ariſt.quòd ad conſtitutionem primorum corporum duplici vtatur oppoſitione, ſibi igitur contradicit, cum primo Phy.56. dicat tria eſſe principia, & non tribus plura quia ad patiendum ſatis eſt vnum, ſed ad agendum duo, nec licet addere alteram contrarietatem agentium, impoſsibile enim eſt plures eſſe contrarietates primas, omnes itaque ad vnam videntur reduci. Et primo Phy.68.d.patet oportere ſubiici aliquid contrariis, & duo eſſe contraria prima, alia autem nequaquam prima eſſe, ſed effici ab iſtis. Et prima corpora non videntur conſtitui niſi ab illis primis contrariis,à quibus materia detinetur, & informatur, ſi quidem non inexiſtentia, & nihil prædita vi agendi nihil conſtituant, ſed fruſtrà inſint,ſed agentia omnia quæ fiunt à materia, quæ ſunt conſtituenda à primis integris principiis,in primis conſtituant ſimplicia,& prima corpora:Itaque ab iiſdem contrarijs,&ab eadem oppoſitione à qua hæc prima detinentur Ariſt.videntur conſtitui prima corpora,ſibi igitur contradicit. MARTA.Huic contradictioni optimè Io.Baptiſta Criſpus eruditiſsimus in concluſionibus quas aduerſus illum publicè diſputauit in defenſionem Ariſt.reſpõdebat,ipſam enim propoſuit Illuſtris Dominus Scipio Coſcia. Ariſt. ſ. ſibi non contradicere, vult enim vnam eſſe primam oppoſitionem adeò primam quæ ex altera non generetur, dicaturque habitus, & priuatio ad quam omnes aliæ reducuntur, & hæc prima oppoſitio concurrit ad factionem corporum ineſſe,ſcilicet elementorum,ideſt materia prima quæ erat potentia ad recipienda iſta elementa,recipit, prius autem eis erat priuata,quæ cùm diſponeretur,recepit habitum,ideſt eſſe ipſorum elemẽtorum, ſcilicet grauitatem,& leuitatem per quæ ipſa conſtituuntur,vt per habitus, ſeu rationes,vel formas,non per qualitates ſuperius dictas,ipſa autem erunt accidentia eorum prima propria, eorumque eſſentiam inſequentia, & quia hæc accidentia ſunt contraria,& plura,ideo non prima contraria,ſed ſecunda dicimus,& licet Ariſt.dicat contraria reduci ad iſtas qualitates,tamen aſ

ſerimus etiam iſta quoque ad primam oppoſitionem reduci debere.

Telesivs. Cap. 9. volebat probare ꝙ ſi corpora prima ſunt quatuor Ariſt. debebat afferre alteram oppoſitionem agentium, ſed quia non ſunt quatuor, vt ex eodem Ariſt. patebit cap. 10. ideo nō debebat poni altera op-
1 poſitio.* Primo apportat alteram contradictionem Ariſt. 2. de ge. 34. d. ſi v- na eſt cōtrarietas iuxta quam corpora ſubeant mutationem, neceſſe eſt duo eſſe prima corpora, cùm autem plura videantur prima corpora, duæ ad minimum erunt contrarietates, duæ autem cùm ſint, tria corpora eſſe non poſ ſunt, ſed quatuor videntur. Poſtea d. c. 10. ꝙ Ariſt. ſibi cōtradicit, quia ſi. d. prima corpora eſſe inuenienda ſenſu, ſenſum ſequuto, duo tantùm videntur, ſcilicet cœlum, & terra, quia ſi quælibet natura agens non ſit ſortita proprium ſubiectum, in quo integra ipſa, & nihil ab altero paſſa, & nihil alteri cominiſta ſeruetur, ſed in quouis ente oblædatur ab altera, & imminuatur, alteri commiſceatur, eſt periculum ne mutuò aſsiduò in ſeipſis agentibus contrarijs naturis, vel altera interempta omnia ab altera occupentur, & vnū fiant omnia, vel ſibi ipſis commiſtis, & confuſis naturis pulcherrima rerū
2 conſtructio abeat in cahos, & pulcherrimus ordo rerum confundatur.* P. illud mirari hominem licet ꝙ Ariſt. intuitus omnia conſtitui è terra, & ſole, attribuens terræ nomen matris, & ſoli patris non ponat alterum corpus terram, alterum cœlum: aquam, & aerem qui nos ambit, & qui cœlo ſubiacēt, ſtatuit eſſe prima loco cœli, quæ omnia in primis ipſi Ariſt. videntur educi è terra & ſole, & nihil ꝙ ſenſu percipere liceat, conferunt ad generationem aliarum rerum.

1 Marta. Si elementa eſſent duo tantùm ſequeretur ꝙ agens cœlum eſſe poſſet adeo robuſtum & patiens terra adeo in mala diſpoſitione ꝙ nullum bonum fructum ipſa reciperet ab agente, quia cœlo agente, & terra patiente nec proportionata, niſi media eſſent elementa quæ cœli agentiam, & ſiccitatem terræ temperarent, potius calor eam vreret quàm aliquid producė
2 retur.* P. niſi quatuor eſſent elementa, totus mundus eſſet in errore. Et ſancta etiam eccleſia. d. Deus diſtinxit quatuor elementa, & quatuor qualitates, & quatuor tempora, & Doctores id probant. Et Auguſt. ſup. geneſi. Lactant. firmian. lib. 2. c. 10. & doctiſsimus magiſter Mathias aquarius ordinis ſancti Dominici nouiſsimè in libro ſuo elucidationis Metaphyſici adeò eleganter, & ſubtiliſsimè hanc materiam tractat, cuius doctrinam, ingenium, ſubtilitates, ac bonos mores prætereo, ne propter amicitiam noſtram videar potius adulator, quàm veritatis pronuntiator.* P. Marſilij ſunt multæ raiones ſuper 2. de gen. q. 3. art. 4.* P. quæ concurrunt ad factionem om
3 nium elementa dicuntur ab antiquis, & à iunioribus, Quòd autem elemen-
4 ta quatuor cōcurrant. Ego ſenſualiter vidi, & feci per artificium natura cooperante, nam accepi ſulfur ꝙ eſt naturæ igneę apud philoſophos, & tranſmutaui in aquam puram, quam ſub forma aeris iterum trāſmutaui, & item aerem in aquam, & cùm vellem tranſmutare in terram vt purius ipſum fie-

ret

ret inueni quędam lapidem rubeum clariſsimum, diaphanum, & lucidum, & conſpexi omnes formas elementorum, & omnia elementa congregata in illa materia, neſcio qua virtute, niſi ex appetitu materiæ ad illas, ex rubedine enim conſpexi formam ignis, ex diaphaneitate formam aquæ, ex luciditate formam aeris, ſed de modo iſtarum operationũ nobilium per quas homo ſubtili experimẽto ſecretæ naturæ intueri poteſt in tractatu meo de mineralibus, quem præmanibus habeo, aliquid ſcribo. Et ita omnia elementa vidi in tali compoſito.* Cur autẽ elemẽta non ſint plura quatuor, eſt ſciendum ꝙ quatuor ſunt motus recti, ergo quatuor elementa, motuum autem rectorum duo ſunt principaliores, alter deſcendendi, alter aſcendẽdi, & hic leuibus inſitus qui vocatur à medio adhuc diuidendus in alium à medio nõ ſimpliciter, ſed in comparatione, & conuenit aeri, ſimpliciter verò igni, ille verò inſitus grauibus, & diuidendus in non ſimpliciter ad medium & eſt aquæ, & in ſimpliciter qui propriè competit terræ & ita cùm quatuor ſint huiuſmodi motus, quatuor erunt elementa.* P. ex qualitatibus nam non ſunt plures quatuor, nec poſſunt præterquam quatuor modis cõiungi vt dictum eſt. P. eſt & alia cauſa, nam nõ videmus niſi quatuor corpora magna, ignem aerem, aquam, & terram, & natura nil fecit ſine fine, vnde ſi videmus ignem aſcendere erit cum fine, ſcilicet vt vniuerſitatem ſuam inueniat vſq; ad concauum lunæ, ſic de aliis: Quare cùm ex his pateat quatuor eſſe elementa, reſpondendum eſt ad punctum primæ rationis, quòd ſenſum ſequuto non licet ponere duo magna corpora. ſcilicet cœlum, & terram, quia maior caliditas eſt ignis quàm cœli, nam ſi cœlum eſſet ipſo denſius, & ita calidius, non curreret in doctrina veſtra illa tenuitas. P. quãdo ſunt duo, quorum alterius ſcitur ſua natura, & alterius ignoratur, illius quæ ſcitur ex ſenſu ipſo, & opere manifeſta fiet, eius autem quæ neſcitur tot operibus carebit, quod autem plures facit operationes & actiuius eſt, & magis tali gaudens natura vocabitur, hæc autem magis igni quàm cœlo aſcribere licet, ipſe enim magis actiuus, & cuius natura magis ſcitur, ſed ſi cœlum eſſet huiuſmodi, tunc cùm cœlum eſſet eiuſdem ſpeciei cum igne, ſequeretur ignem habere ſtellas, & intelligentias quas habet cœlum, quia ꝙ cõpetit vni indiuiduo ſpeciei, competit omnibus. P. ignis eſt calidus, & tenuis, & per te 2. lib. cap. 25. idem eſt tenue, & humidum, ergo cœlum eſſet humidum, & ſic terram non eſiccaret, ſed humectaret. Et cùm agens repatiatur in agendo, erat tibi collocanda altera natura terræ, qua poſſet humiditati cœli reſiſtere, & ita non Ariſt. ſed tibi contradices, qui nullo modo concedis corpora ſingula duplici natura conſtitui, non itaque ſenſum ſequuto duo videntur magna corpora, ſed quatuor. Periculum tuum nullum eſt, experientia docet, nam à mundi creatione hucuſque legimus, vt etiam per ætatem hominis videri ſolet quod vbi erat aqua facta eſt terra, & è contra, & ita ego à Domino Ioanne meo patre audiui de quodam loco Neapoli qui dicitur appendinus, ꝙ antiquitus erat ibi mare. Cætera autem quotidie videmus, & per experientiam ego ſo

Cur elementa non ſint plura 4.

Sol. ad 1.

leo oſtendere, non ergo dubitamus illud cahos quod aduerſarius dubitat.
Ad 2. *Ad aliam dico ꝙ ideo terra ab Ariſt. aſſimilatur matri, eò ꝙ inferiora hæc, quæ in ipſa oriuntur motu ſpirituali, ſaltem à ſole, & à corporibus cœleſtibus patiuntur, motu enim & lumine in obliquo circulo cauſat generationem, & corruptionem 2. cœli 42. & ita cœlum, & intelligentiæ dicuntur genitores, quia in hæc agunt, terra autem mater, nam omnia quæ in ipſa & ab ipſa, vt maiori parte genita ſunt, cœleſtes recipiunt influxiones, non tamen aliter diſtinctas à motu, & lumine, vt multi volunt, & ſic patiendo terra dicitur mater. Vel poteſt dici ꝙ Ariſt. loquitur ad mentem antiquorum ꝙ terra dicatur centrum, vt 1. Meteor. terra eſt in medio mundi, cùm verò ſit centrum, ſuper quo habet moueri, eſt quid contentum ab ipſo, ꝙ reſpectu continentis eſt paſſum, & continens eſt agens, ideo non abre dixerunt illi quòd natura terræ aſsimilatur matri, & cœli & intelligentiarum patri. Ad factionem autem rerum quomodo non tantùm cœlum, & terra concurrant, ſed etiam elementa ſequenti diſceptatione videbimus: Nec mireris ſi cœlū connumerauimus inter elementa, quia licet ſit primum elementum, non tamē eſt primum elementum corporum.

TELESIVS. 2. cap. 20. volebat probare ꝙ Ariſt. prematur eo incommodo ꝙ donet ſingula corpora duplici natura. Quia eſt inconueniens ꝙ omnia elementa inuertantur in omnia, & immutentur in omnia, ſed poſtquàm non eſt inconueniens Ariſt. hoc, & inuenit modum, quo inuertantur ſingula ſingulis, & adinuicem commiſceantur, & ex omnibus vnum fiat, declarandus erat Ariſt. modus quo illa principia ſingula conſtituta à duplici principio ſint vnum, & non duo.

An qualit. ſint in ſumma ī elem. 1. Expoſit. MARTA. Huic dubio multi peripateticorum variè dicunt, aliquas ipſarum calaber apportat, & nititur ſuo more reiicere, nec noſtrum eſt hoc videre: Apportabimus & nos aliquas plures. *Prima expoſitio eſt ꝙ aliquod eſſe in ſummo contingit bifariam, vno modo in ſummo gradu, alio modo in ſummo quò ad potentiam agendi, dicūt poſtea qualitates eſſe in ſummo gradu, non quò ad potentiam agendi, niſi enim ſic eſſet, remiſsio in gradu
2 proueniret admiſtione contrarij. *Alij dicunt qualitates in ſummo ſtare dupliciter, vel in ſummo, ideſt impermiſtè, & ſic cōcedunt omnes eſſe in ſummo, vel quò ad formam, & principium, quo agunt, & patiuntur, & ſic vnum eſt in ſummo, & aliud non: nō enim ita humiditas eſt in aere, quia eſt principium actiuum, quo agit, ſicut in aqua.
3 * Alij quòd iſtæ qualitates ſunt in ſummo in elementis, tamen non omnes ſunt formæ, ſed vna eſt forma, altera eſt diſpoſitio, vt ipſa forma in alio introducatur elemento v.g. ſiccitas, & humiditas ſunt cauſæ vt caliditas, & frigiditas introducantur: nulla harum opinionum fuit à calabro apportata, nec confutata, & ſingula multis gaudet rationibus, & auget.
Veritas. * Ego autem prò veritate determinanda volo ſciri primum quòd in elementis non datur ꝙ vna qualitas ſit maior reliqua, non enim datur in igne maior caliditas quàm ſiccitas, nam ibi eſt intenſum, &

remiſſum

remiſſum, vbi eſt contrariorum admiſtio 5. Phy. 10. cùm ergo hæ qualitates in vnoquoque elemento non habeant contrarium, non poſſunt eſſe in remiſſo, & intenſo, non enim caliditas in igne eſt maior ſiccitate, quia eſſet cõpoſitio, & Alex. 1. Meteor. com. 13. volens declarare propoſitionem Ariſt. ꝙ ſic ſe habet in mundo inferiori, ſicut in ſuperiori, quædã perfecta, & quædam imperfecta eſſe aſſerit, ſicut in ſuperioribus dari orbem impuriorem quoque confitetur. Nec putes ꝙ orbis lunæ ſit impurior orbe ſaturni, nihil enim puri, & impuri ibi admiſcetur, ſed quia eorũ propriam ſequuntur naturam: eodemque modo non poteſt eſſe ꝙ ſiccitas terræ ſit maior ſiccitate ignis, quia eſſet admiſtio contrarij, non enim elementa habent magis, & minus, in aqua enim non eſt maior frigiditas quàm terra, quia eſſet contrarietas, & Gale. hoc etiam 1. lib. de elemen. d. Et licet aliqui dicant ꝙ Ariſto. dicat 2. de gen. 23. ignis magis calidi, quàm ſicci, aer magis humidi, quàm calidi, aqua magis frigidi quàm humidi, terra magis ſicci quàm frigidi, dico ꝙ non reperitur ly magis in textu græco, vel ſi poneretur, Io. exponit magis. i. propriè, ignis enim propriè eſt calidus, quia primo aſsignatur caliditate propriè, & non valet ignis propriè, & primo calidus, ergo magis, quia non valet homo eſt propriè rationalis, ergo magis rationalis quàm ſenſitiuus, non ergo in elementis datur vna qualitas maior reliqua. Secundo eſt ſciendum quòd iſtæ qualitates vt ſæpius dixi non ſunt formæ elementorum, quibus ipſa reponantur in eſſe, ꝙ magis infra probabitur, ſed grauitas, & leuitas, vnde remouetur pars illa, quomodo conſtituantur in ſummo per duas formas, cùm ipſæ non ſint formæ. Vlterius notabis ꝙ quãuis hæ qualitates ſint in eodem gradu in elementis, quæ dicuntur formæ ſecundæ, & proprietates ipſorum, & ſi altera ipſarum conueniat vni pro proprietate, ideſt pro forma agendi in ſummo, altera non conuenit ei pro forma, vt igni competit caliditas vt agat, ſiccitas verò vt reſiſtat, nam 2. de gen. an. cap. 4. omne agens in agendo repatitur eccepto primo, habent igitur alteram contrarietatem, vt reſiſtant contrario, ſi enim ignis non eſſet ſiccus, tunc frigidius immediatè in ipſum ageret, & non agit, quia habet ſiccitatem. Contra hoc, quia ab æqualibus non prouenit actio, non igitur ambæ poſſunt eſſé in ſummo, cùm enim æqualis fuerit caliditas ignis, & aeris, tunc ignis non poſſet agere in aerem. P. illa quæ differunt ſpecie, non poſſunt vni æqualiter conuenire, ſed caliditas, & ſiccitas ſpecie differunt ergo. Ad primam concedo maiorẽ, ſed quando ex igne debet fieri aer, caliditas ignis concurrit pro reſiſtentia, namque aer aget in ignem humiditate ſua, ipſa autẽ reſiſtet humiditati, maior enim humiditas ſtatim vincit ſiccitatem, & quia plus eſt actiua caliditas reſiſtit humiditati propter connexionem, quam habet tunc cum ſiccitate, & quia poteſt etiam caliditas aſſociari cũ humiditate, cædit caliditas, & fit aer. Dubitatur eſt ne eadẽ caliditas quæ remanet quando ex igne fit aer, quia ſi non remanet eadem, tunc erit generatio tarda, ſicut quando ex igne fit aqua, ſi remanet. Cõtra nunquam accidens remanet corrupto ſubiecto, in quo eſt,

Expoſi. Ariſto. 2. de gene. t. 23.

Dub.

Sol.

Dub.

corrupto

corrupto igitur igne, eius caliditas remanere non poteſt, quia tunc ſubiectũ
Sol. remaneret ſenſatum, & totum non conuerteretur in totum. Dico ꝙ in gen.
& cor. remanet materia, & non forma, quia quando ex igne generatur aer, non remanet forma ignis, ſed eius materia, quia illa met materia, quæ erat ſub forma ignis, ingreditur formam aeris, taliter ꝙ dimenſiones interminatæ plus videntur ſequi formam, vel ſequuntur materiam vt ſubiectam formæ, qualitates igitur, quæ iſta ſequuntur, non vidētur remanere eædem numero ergo qualitates actiuæ, & paſsiuæ elementorum non poſſunt remanere in eodem eſſe, quando ex vno generatur aliud: Quomodo autem non ſit generatio tarda quando ex igne generatur aer, Dico ꝙ difficultas generationis trahitur ab hoc quando vna res corrumpit ſeipſam, aut corrũpitur à contrario ſuo, quia videmus formam, quæ non habet contrarium generari faci lius, & quaſi in inſtanti: lumen quidem multiplicatur in aere in inſtāti, quia in illo non habet contrarietatem, quare facilius ex igne fiet aer, quàm aqua, quia ſi fit aqua corrumpuntur duæ qualitates ex ſeipſis à contrariis, ſed qñ ex igne fit aer, ſiccitas tantùm corrumpitur ex ſe ipſa à ſuo contrario, caliditas autem corrumpitur per accidēs. ſ. corruptione ſubiecti, ſi autem eadem
Ad 2. caliditas remanet in aere, dico ꝙ eſt ſpecie eadem, non numero.* Ad aliam dubitationem dico ꝙ & ſi ſpecie ſint diuerſæ, poſſunt tamen competere vni, ſed non eodem modo, quia vna vt agat, altera vt reſiſtat. Dices quæ competunt diuerſis, non poſſunt in eodem gradu competere. Dico, vt 2. de ge. an. cap. de tactu ꝙ animal eſt per ſenſum tactus, & eſſe animalis competit diuerſis ſpecie, & licet competat homini perfectiori modo, non valet ergo magis, quia reperiretur aliquid contrarij animalitati, ſicut igitur animalitas competit diuerſis ſpecie, ſic diuerſis elemētis diuerſæ ſpecie qualitates poſſunt competere, & diuerſis modis.

De igne.
1 TELESIVS. Cap. 25. volebat probare ꝙ ignis non ſit ſiccus, ſed humidus, etiam Ariſt. debeat ſic videri.* Primo quæ cædũt contingenti, & locum præbere videntur mollia ſunt, ſicca quę obſiſtunt, locumque abnegāt, & dura ſunt, ſed ignis, præſertim purus ille, qui cœlo ſubiacet, ſublunarium omnium molliſsimus, maximèque cedens, igitur humidiſsimus, non aliis modò omnibus, ſed aere etiam tenuior illi viſus eaque ratione aerem tenuitate eccedere, qua aer aquam, & aqua terram.* P. flamma promptè cædit cō
2 primenti.* P. illa quæ exuperat, & in propriā, aut proximam agit naturam,
3 ſummè illa omnia liquida facit, vel ſaltem mollia, certè humida.

Sol. ad 1. MARTA, Vt euellamus has philoſophicas freneſes, ordinatè reſpondēdo ad primam, quæ fuit ſoluta ab Illuſtrioribus viris, me ſatis præcedentibus antè, quomodo ignis facilè cædat. Dico ꝙ ſiccitati conuenit ex ſui natura vt conſtipet illud, in quo primo, & per ſe eſt, & inde nō efficitur vt poſſit terminari termino alieno, ſed tenet adhuc proprium terminum, & propriam definitionem, & aliam reiiciat, ſed ſi ſiccitas non primo; ſed per accidens, vbi id ꝙ primo ineſt illi corpori obſtiterit conſtipationi ſiccitatis, nil

mirum

mirum ſi illud terminatur termino alieno, prout benè Mazonius. P. Dicimus ignem,& terram facilè terminari poſſe, quia ignis licet poſsit denſari, tamen nequit rarefieri, maxima enim raritas omnium corporum eſt illa ignis,& terra quamuis poſsit fieri rarior, tamen nequit fieri denſior, denſiſsima namque omnium corporum eſt,& humiditas aquæ,& aeris poſſunt duci in quam partem volueris, vel ad maiorem raritatem, vel denſitatem, ideo que terminabile eſt alieno termino. Quòd autem ignis non terminetur eſt ratio, quia ponatur ipſe in olla, non terminatur exquiſitè, ſed partes quædã aſcendunt,& quædam deſcendunt,& tũc dicimus ꝙ & ſi ipſe videatur terminari in olla, apparens eſt terminatio, adhuc enim quærit exitum. Calabri dicunt, detur pro poſsibile ꝙ ponatur calaber in regione ignis, vtique ſumeret eius formam. Ego dico ꝙ huius formam ſumit, quia ſubtilis, non humidus, ideſt ꝙ humectet, ſed ꝙ ſubtilis,& tenuis, nec Ariſt. hoc negaret. *Ad aliam, licet ignis reducat liquefactibilia ad humiditatem, hoc prouenit ratione materiæ, quia ignis intentio eſt ceram eſiccare, ꝙ in inſtanti nequit fieri, ab ipſo enim fugit actio, ideo oportet vt talem ceram diſponat liquefaciendo, poſtea incipiendo eſiccare partes, vſque quò totam eſiccet, nec oportet dici patet ad ſenſum hoc iis, qui ſupradictas ſolutiones à ſenſu negabit, inde enim iſte ſenſus deriuat.* Dices an ignis habeat figurã propriam? Dico ꝙ habet pyramidalem propriam, per ſe, ſed nota ꝙ ſi ignis conſideretur vt eſt ſub concauo lunæ, reſpectu ad nos, habet figuram circularem, ab infimo enim lata incipit pyramis, ꝙ latum ſuſcipit figuram concauitatis lunæ, ſed ſi conſideretur tota fig. ignis, certè pyramidalis eſt, quę fig. incipiens à lato, terminatur admodum in acutum,& hoc fortè, quia ſublime fertur,& hoc clarè patet in lucerna, flammis,& toto igne, hac igitur terminatur ipſe figura, ſed quia ſubtilis terminatur etiam altera re, non igitur humidus. *Nec oportet deſtruere ſequẽs caput 26. diximus enim quomodo ignis eſt contrarius terræ,& maxima contrarietate, ſi conſideretur ignis ſub concauo lunæ mouetur circulariter reſpectu totius mũdi, motu. ſ. ipſius cœli, terra autem iſto reſpectu eſt immobilis, cùm ſit centrum, iſta tali natura gaudens & omne ꝙ mouetur, debet moueri ſuper immobile: ſin autem conſideremus elementa in eorũ proprietatibus, magis contrarius eſt ignis aquæ, quàm terræ hæc enim habet vnam affinitatem cum igne,& iſto modo minor contrarietas cum terra quàm cùm aqua. Nec obſtant cæteræ contrarietates, quæ non ſunt veræ, ad probandum terrã magis quàm aquam igni contrariam, namque tenebricoſum, obſcurum, lucidum, non agunt, & patiuntur adinuicem vnum deſtruendo alterum, ſed ſunt potius rerum diuerſitates, vel contrarietates priuatiuæ, quæ non præſtò ſunt terræ, vt magis ſuperiori elemento contrarietur. Et ſi dicerent in incẽdiis, ſi proiiciatur terra ad ipſa, extinguentur magis, terra igitur magis quàm aqua contraria. Dico ego accipiamus filium accenſum,& quantamcunque paruam aquæ partem,& igni appones, extinguet. Et poſtea dico ꝙ terra magis extinguit incendia

Ad 1.

An ignis habeat fig. propriam.

An igni plus ſit cõtraria terra quàm aqua

quia

quia cum ſit natura grauis, deprimit flammas, ſicut ſi in incendio camini proiiciatur bombus, ſecum illas trahet flãmas, & ignis adhuc in robore ſuo remanet, carbones vero extinguuntur ab aqua, flammæ autem quæ magis vigent, ſurſumque petentes, ab aqua, quæ nec adeo grauis, & groſſa, & tenebricoſa eſt, extingui nequeũt, ſed potius ſicut pabulum erit ignis, tum quia talis erit parua, nunquam enim in incendio proiicitur aqua ſufficiens, ſi quidem ſi proiiciatur manus aquæ ad candelam, extinguet, ſin ad magnum ignem roborabitur, cùm enim qualitates ignis frigiditatem aquę, & humiditatem vincant, erit ei ſicut materia, & fiet maior ignis, ſi enim igni vt 3. proiiciatur aqua vt 4. certè extinguet ipſum, ſed ſi proiiciatur terra vt ſex, ipſum nullo modo interimet, tantùm deprimet, non igitur magis terra quàm aqua ipſi igni opponitur, ſed contrarium.

TELESIVS. Cap. 24. volebat probare naturam aeris non eſſe ſummè calidam qualiter Ariſt. ponitur, ex quo inferebat non eſſe corpus primum. Nam ſi aer eſſet calidus, non eſſet in ſummo, non igitur ſimplex corpus, nec præditum ſummis, & propriis qualitatibus, remiſsio enim omnis fit admiſtione contrarij.* Et ſi à principiis non ſummis conſtituerentur prima corpora, quin infinita conſtituantur nihil prohiberet.

De aere. MARTA. Aer eſt elementum ſimplex, natura leuis, ſed non ſicut ignis, ſed plus aqua, & ideo habet ſuum motum à medio tendendo ſurſum ſemper ad circumferentiam ignis, eſt igitur intra aquam, & ignem, vt participet naturam vtrorumque, cùm ſit calidus, & humidus, eſtque calidiſsimus ſicut ignis, & nec minus: Cùm autẽ ſit in medio aquæ, & ignis, quę ſunt corpora sferica, neceſſe erit ipſum quoque eſſe sfericum, & quia aer eſt corpus rariſsimum, ideo ſua caliditas erit etiam in ſummo, ſed conueniens corpori, ideſt rariſsima, talis autem raritas poteſt frigefieri à terra, ideo pars aeris, quæ eſt frigida, ratione frigoris terræ, & aquæ, quæ ſunt etiam duo magna corpora, fit etiam frigidus ipſe, at non ſemper, ſed quando terra eſt per lumen ſolis calefacta, calor aeris ſumit robur, & concoquit terram, & corrumpit ipſam, eſt igitur calidiſsimus, & humidiſsimus: Quod autem calore caret non eſt nigrum, & procul eſt à ratione aquam concreſcere vi aeris, aer enim ipſe non vtique concreſcit, neque enim nubes, aut nebulæ ſunt concretiones, ſed craſsitudines humecti aeris & vaporoſi, ex cacuminibus mõtium eò altitudinis prouectis videtur, ꝙ nuſquam ibi nubes, neque nebula non roſida videatur, quod verò ima præaltorum fluminum gelu non contrahantur, ob id eſt ꝙ ſuperficie concreta exalationibus libertas intercipiatur meandi in ſuperioribus, atque illæ occluſæ, & reiectæ, inferiora calefaciunt, quam rem vlterius probat congelatio copioſior, præmens ſeſe regelatis aquis, quo eodem modo corpora animantium hyemali tempore coniectantur calidiora. An verò ſit aer grauis. D. Tho. 3. cœli com. 30. & 39. d. aerem ſecundùm accidens in regione ſua aliquam habere grauitatem, contingit enim aerem terræ, & aquæ propinquum ob eorum frigiditatem craſ-

ſionem

ſiorem reddi. Ex hoc ſoluitur an vter inflatus ſit leuior, potuit enim contingere ꝙ in iſto experimento diuerſi diuerſa inuenerunt: aliqui enim implentes aere craſſo inuenerunt infl.tum grauius, aliqui verò implentes ſubtiliori, & magis ſecundùm naturam diſpoſito inuenerunt leuius, aliqui æqualis ponderis propter mediam diſpoſitionem. Sunt demum qui quærant de aere, cùm eius tres aſsignentur partes, ſeu regiones, & certum ſciatur ꝙ prima propè ignem ſit calida, & ſecunda, ideſt media ſit frigida, & hæc vltima, quæ apud nos eſt etiam prima, ſit calida ex radiorum reflexione, habet enim hæc inferior humiditatem ſibi aduentitiam, quam vapores ab aqua eleuati communicant aeri cùm ipſi permiſcentur, media autem aeris regio. qua cauſa ponitur frigida. Dicunt communiter ꝙ eſt generatio impreſsionum frigidarum, quia communiter conceditur aquam ibi generari; ſed hæc cauſa aliquando adeſt & aliquando abeſt. Melius diceretur ꝙ omnia iſta aeri extrinſeca ſunt & ſi illi frigiditatem imprimant, illa non eſt naturalis, ſed aduētitia aeri, & ſic ſi ipſe ſuæ naturę relinqueretur eſſet calidiſsimus, ideo dico ꝙ non ſemper media aeris regio eſt frigida, ceſſantibus enim iſtis ad ſuam calidiſsimam reducitur naturam. Ex quo patet reſponſio. An vter inflatus ſit leuior.

T e l e s i v s. Eodem cap. quærit ſi aer terræ eſt contrarius, quomodo maiorem portionem continet terrę, ac circumplectatur, ſi quidem communitate colliguntur prima corpora, vt Per pateticis placet.

M a r t a. Certum eſt ꝙ terræ elementum ſit centrum, propè ꝙ eſt circundans aqua, ſupra quam aer, hic igitur non eſt propè centrum. Nec valet terram videri circundatam aere, hæc enim eſt eius pars apta habitari, cōtinuo calore vexata, centrum autem inhabitabile, habet igitur iſta aliquam cum aere affinitatē, qui etiam cum aquę humiditate cōmunicat, quibus prima iſta gaudent corpora, quorum plura conſtitui, & generari non poſſunt, colliguntur, & aſſociantur.

T e l e s i v s. Cap. 23. volebat probare aquam omnē eſſe calidam.* Primo probat via generationis, & nota, ꝙ ipſe habet hoc axioma, quòd ea quæ fiunt ab agente calido, ſunt ſua natura calida, ſumunt enim naturam agentis, tunc ſic, aquæ fiunt à vaporibus, à nubibus, à calidis rebus, quia ſunt factæ ab agente calido. ſ. à ſole, coactis inter ſeſe, & ſpiſſatis, & nihil aliud paſſis, aquæ igitur ſunt calidæ.* P. ſi terram ipſam in aquā inuertit ſol, nulli dubium, quin nō modò ſummè frigida, ſed nec frigida, licet enim à frigida re, & adeò à ſole immutata, vt nihil ꝙ terræ ſimile ſit, relictum videatur, quia è craſsiſsima, & ſummè opaca, & nigra, & penitus immota re, facta eſt tenuis, & tranſpicua, alba, motu gaudens: aquarum igitur conſtructio, minimè eas frigidas declarat.* P. nulla eſt actio aquæ, quæ. ſc. ipſa epota, malum inferat animalibus, quorum calor languidiſsimus, ab exili calore pereat, & extinguatur.* P. frigidiuſculi ſucci eſt linguam conſtringere, cibique id omnes faciunt, aqua verò nō hoc, ſed vel dilatat potius, vel immutat, vt linguæ, in exiſtentiſque ſpiritus calorem vel exuperare, vel æquare ſaltem videri debet.

(margin: De aqua. 1 … 2 … 3 … 4)

5 bet.* P. aqua feruens facta, & magno donata calore, vt corrumpatur, & a-
qua eſſe ceſſet, magis aqua fit, & perficitur magis tenuior facta, & humi-
dior, ꝙ non eſſet, ſi ſummum frigus, vt peripateticis placet, ſubſtantia aquæ
6 eſſet.* P. frigus eſt contrarium aquæ, ſummèque aduerſum, quia corrum-
pit, illam in glaciem inuertit, & Criſtallū.* P. aqua ſeruatur motu, quo gau-
7 det, ergo calida: ſeruatur enim motu, vt ignis, & corrumpitur immobilitate
8 ſiquidem calori motus, & frigori immobilitas eſt attributa.* P. aquæ in-
9 ſunt tenuitas, albedo, & mobilitas, quæ ſunt caloris propria.* P. Ariſtoteli
aquæ vniuerſitas calida videtur, & caloris exitu gelari, & corrumpi immo-
bilis facta, ꝙ inexiſtens calor elabatur, fluens verò ſeruatur, ꝙ in elapſi lo-
10 cum alium à motu aſſumat.* P. Ariſt. humor nullus ſine calore eſſe placet.
11 * P. aqua ignis pabulum Peripateticis viſa omnibus, non igitur contraria i-
gni videri debet.

MARTA. Aqua eſt elementum ſimplex, ſua natura grauis, ſed non vt terra, ſed grauior aere, & propinquior terræ, ꝙ igitur ipſa leuior exiſtat, neceſſe eſt. Hæc ſua natura humida, & frigida, eſtque figuræ ſfericę, & poteſt cognoſci, quia cùm terra ſit ſferica, & aqua ipſam circūdans ſic erit. Signo hoc melius oſtēditur geometrico: Si derelinquatur bos propè maris ripam à quo ſic diſtet nauis, ꝙ oculis non poſsit proſpici ab aſtante in pede arboris ipſius, videbit hunc quidem, ſi arboris gradietur caput, cuius cōtrarium dictat ratio, oculus enim in pede, cùm ſit vicinior, melius deberet id facere, procedet igitur hoc à tumore eius rotanditatis. Probatur etiam ratione partium, quæ ſapiunt naturam totius, ipſæ enim ſemper deſcēdunt rotundæ, de quo ad Ptolo. prima part. dict. 6. me remitto. Sed ratione naturali videtur ꝙ non ſit rotunda, quia tunc circundaret totam terram, modo iſtius aliquas habitamus partes, quæ aqua non augent. Reſpondeo ꝙ aqua totam terram circundat, ſed quia ſunt aliqua loca terrenā, adeò calida per venas ſulfureas, & alias caliditates, ꝙ mediantibus talibus ſignis aqua conuertitur in vapores, itaque videmus quando eſt magnum calidum eſſe caligines, quæ ſunt vapores aquę, non bene reſoluti in aerem, quod autem calidum ſit cauſa, vt aqua conuertatur in aerem, manifeſtè patet ſi olla, aquæ plena ponatur in igne, illa reſoluet in aerem. Alia poteſt eſſe ratio, quare non totam aqua circundat terram. Iſta enim habet tres partes, vnam infimam, & eſt elementū purum, ſecundam mediam in qua eſt, & per quam trāſit aqua, vltimam colimus, ſolitata per ſolem. Sed ſecundùm aliquos aſtrologos circa polum articum ſunt aliquæ ſtellæ, quæ dum ibi ſtabunt nunquam aqua circundabit terram, ſed cùm diſceſſerint à tali loco, diluuium erit vniuerſale.* Dubitatur an aqua ſit grauis, & videtur ꝙ nō, quia Themiſt. Ptolom. Alfagranius, & Archimedes aquam non eſſe grauem in proprio loco dixerunt, quia vrinatores, qui ſe in aquarum profundo immergunt, aquæ ſuperpoſitæ grauitatem minimè percipiunt. Quòd etiam aquæ hauſtu à puteis confirmare licet, nec enim illius grauitatem ſentimus. niſi cum extra aquam in aere libra

An aqua ſit grauis.

ta fuerit.

ta fuerit.* Reſpōdet Simpl. 4. cœli: com. 16. ꝙ continuitas aquæ eius. ſ. ꝙ ſuperponitur immergenti, & eius quæ ſupponitur, quatenus ex omni parte circa immergentem ſeſe ſubſtentat eſt in cauſa, ob quam ipſe grauitatem non ſentiat, perinde ac ingredientia vacua parietum, minimè grauantur, cū vndique paries in ſemetipſo cōtineatur: Sed melius eſt aſſerere grauitatem habere quò ad habitum, non quò ad actum. An autem aqua ſit maior terra, remitto me ad Alex. Piccolom. particulariter ſuper hac materia. Sed quòd non ſit calida, ſic probo.* Primo tūc mare eſſet calidum, ſed ſentitur frigidum, ergo. Dicit ꝙ mare feruet, & ſi non ſentiatur calidum, tamen in profundo eſt calidiſsimum. Contra tunc piſces coquerentur in mari, quia coquuntur in aqua calida. Nec ibi poſſent amplius generari, cùm generatio ipſa proportionatum quærat calorem.* P. ſi calida, vel æqualis calor ſuus cū corpore, & ſic non prouenit actio, vel ſuperat, & ſic ſentiretur calida, vel minor, & tunc non dilataret linguam.* P. æſtate hauritur aqua à puteis, & fontibus calida, quę ſi ferueat, & remoueatur poſtea ab igne fit frigidior, ſi cauſa primi eſt ſol in zenit exiſtens magis calefaciens terram, & ſic exiſtentem aquam, hęc igitur ferueat, & poſtea ex ſeipſa frigefiat, ad tantā reddet ſuam naturam, ad quam non poteſt reddere ſtatim hauſta, eò ꝙ non eſt ita calida, ſed modicè tepida, ſed modicè paſſa, ad ſinceram ſuam redibit priſtinā naturam.* P. tunc nix eſſet calida, ꝙ ſi iſti calabri concederent, experiantur, ſuperponant ipſam ventri, cùm dolet.* P. operatio, & forma ſunt duo inſeparabilia, vbicunque igitur eſt vnum, eſt & alterum, ſi igitur aquæ forma eſt caliditas, tūc calefaceret, ipſius aūt effectus ſunt frigidi, cauſat. n. tuſſim, idcirco non datur ægrotis, & flegma cauſatur ab ipſa, & eſt frigidum, & humidum. De qua re, remitto me ad Ingarſiam lib. de potu aquę frigidę.* P. ſi ſic eſſet, ſaltem in inſtanti ſuę generationis eſſet calida, & ego vidi in montibus ipſam fieri, & erat frigidiſsima.* P. vnde eſt ꝙ pueri hyeme magis potāt aquam frigidam, quàm ęſtate. cùm enim calor eorum ſit magnus, robuſtus, & fortis, & quia ſemper mouentur, robur ſumunt, volentes aliquantulum frigefieri, ipſam bibunt, vel etiam ratione ſiccitatis, qua eſiccantur per frigus, quę iuncta caliditati eorum, calidiores euadunt. Et laborantes ſępius ipſa ſatiantur, vinum calidum natura ſufferre nequeunt, idcirco in Apulia ſolent bibere acetum. vt refrigerentur. Hic dicam vnum, ꝙ aqua, quę debet potari debet habere aſpectum verſus ſolem, vt vi eius calefiat, ideo Philoſophi vitauerunt puteos profundos, ibi enim aqua à ſole non aſpicitur, propterea annis elapſis quidam presbyter in Monte Beatiſsimæ Marię Montis Virginis potando illam aquam adeò frigidam, ſtatim mortuus eſt, & cauſa datur, quia totum eius ſanguinem ipſa ſua frigiditate congelauit.* Alij hac ratione probant eius frigiditatem, locus debet eſſe proportionatus locato, & locans debet conſeruare locatum, & locatum debet eſſe ſimile loco, ſi igitur locus eſt calidus, itidem locatum, ſed animalia quę locantur in aqua ſunt frigida, vt piſces, ideo non dantur ægrotis, & ſi dentur

Quòd aqua non ſit calida.

1 (beside "quuntur in aqua calida")

2 (beside "corpore, & ſic non prouenit actio")

3 (beside "nor, & tunc non dilataret linguam")

4 (beside "naturam.* P. tunc nix eſſet calida")

5 (beside "montibus ipſam fieri")

6 (beside "uit.* Alij hac ratione")

conualeſcentibus piſces ſcopuloſi, qui ſunt calidiores, colentes ſcopulos ſumpſerunt calidum per reflexionem ſolis in ipſis, aqua igitur non calida.
7 * P. illa animalia, quæ habent magis de ſanguine ſunt calidiora, ſed piſces nullo modo ipſum poſsident niſi eius proportionem, eſt enim eius ſanguis ſicut menſtruus, cuius liceţ mulieribus ſit magna copia, non ideo ipſæ ſunt hominibus calidiores, quare ſanguis in piſcibus non denotat caliditatem, quia non calidus, ſunt igitur piſces frigidi, ergo aqua quæ eorum locus frigida.
8 * P. ignis calidus, ſed aqua extinguit ipſum, ergo frigida, Dices hoc idem facit aqua feruens, ex quo videtur ꝙ non ſit contraria. Dico ꝙ ignis eſt calidus, & ſiccus, aqua autem frigida, & humida, & quia ſunt iſta duo corpora in duabus qualitatibus cõtraria, meritò alteram altera necabit, & quia nil niſi propria operatur natura, humiditate igitur ſua, ſiccitatem ignis extinguet, quare ſi humidum habebit dominium ſupra ſiccum, frigidum robur ſumet, & quantò magis ſumet, magis, & citius ignem necabit. Et aduerte ꝙ rationes omnes dictæ non ſolùm currunt contra caliditatem aquæ, ſed etiam contra illud ꝙ dicunt aquam non eſſe frigidam, eò ꝙ ſentitur frigida, quia ſucci omnes, qui propria natura ſunt calidiſsimi, nihilò minus frigidi percipiuntur ab ambiente aere ita affecti. P. ſi hoc eſſet, ipſa aqua definiretur ꝙ ſit apta nata calefacere, cùm definitio iuxta propriam rei naturam ſit aſſignanda, hancque operationem naturaliter faceret. Nec igitur hyeme egeremus lignis pro igne, ſed per ipſam bibendo calefieremus. Signum autẽ ꝙ frigefaciat eſt quia ægrotum necat, laboret enim calaber febre, morbo. ſ. calido, & ex intemperie qualitatum cauſato, ex potione aquæ videmus clarè frigus ipſum maius robur ſumere, & ſic cauſari mortem, cùm ſit dominium frigidi ſupra calidum, ſin autem eſſet calida, infirmus non moreretur, quia paulatim ipſi daretur. Nec eſt verum hoc ipſam facere alieno frigore, res enim non poteſt operari cõtra ſuam naturam, nec contra qualitatem
Dub. ſibi contrariam. Dices quomodo aqua ſit naturaliter frigida, ſi aqua poteſt reſtare, & frigiditas euaneſcere ergo quæ naturalia ſunt, manẽte natura mu-
Sol. tari poſſent. Dico ꝙ bene dixit Ferrarienſis, ꝙ aut à principiis naturæ de neceſsitate cauſatur, aut ad ꝙ natura inclinat, propoſitio igitur iſta ꝙ naturalia manente natura mutari non poſſunt, intelligenda eſt de naturalibus primo modo, & eſt vera tam in rebus mobilibus, quàm in rebus immobilibus, de naturali autem ſecundo modo eſt vera de rebus immobilibus tantùm, quia ſecundùm naturæ mutationem poſſunt & talia naturalia mutari, & impediri, manente ſubſtantia in ſua perfectione eſſentiali. P. dico ꝙ naturale eſt aquę habere frigiditatem cum aliqua tamen latitudine, quia. ſ. ex principiis eſſentialibus aquæ ſequitur aliquis gradus frigiditatis intra illam latitudinem, neque poteſt aqua non habere aliquem gradũ illius frigiditatis, quinimò ſi remitteretur frigiditas ad gradum infra totam illam latitudinem, puta infra latitudinem, quæ eſt duorum ad ſex, deſineret eſſe aqua, licet igitur aqua ſibi derelicta, & non impedita ad ſummum gradum illius latitudinis

frigid-

frigiditatis deducatur, natura ſic inclinante, poteſt tamen à contrario per violentiam impediri, ne ſummum gradum illum frigiditatis habeat, nunquã tamen à quocunque calefaciente, omninò ab ipſa omnis frigiditatis gradus remoueri poteſt, natura manente vnde poſſumus dicere ꝙ aliquis frigiditatis gradus eſt aquæ naturalis, tanquam à naturæ principiis, cauſatus abſolutè, & hic ab aqua remoueri nõ poteſt, aliqui verò frigiditatis gradus ſunt naturales, tanquam ad quos aquæ natura deductis impedimentis producit, & iſti ab aqua per violentiam ad tempus remoueri poſſunt. Quam veritatem videns calaber, illico 2. lib. cap. 29. dicit, & aqua manifeſtum eſt, & ipſa minus eſt quàm terra frigida. Nec hoc Ariſtoteli repugnat. De cuius intentione ſuper hac quæſtione remitto me ad Balduinum in quæſt. an terra ſit frigidior aqua. Auer. autem 3. de gen. an. cap. de gen. apum in fine, & colligitur ab Ariſt. ibidem, & in principio cap. 11. vbi agit de generatione, & ortu teſtatorum. d. aquæ natura viuacior eſt quàm natura terræ, & ideo animalia aquatilia ſunt multiformia, & plura, quàm animalia terreſtria. Hinc eſt ꝙ aliquando Ariſt. dixerit aliquas eſſe aquas, quæ calidiores ſunt cęteris, vt aliquæ aquæ fluminum, d. n. ipſe aquæ calidæ efficiunt colorem album, frigidæ verò nigrum in 5. de gen. an. ca. 6. & ibi vide in quibus animalibus hoc verificetur, hoc etiam. d. 3. de natura animal. ca. 12. de duobus fluuiis in Atandria, quorũ alter candorem, alter nigritiem in pecoribus facit, & de Scamandro, qui flauas reddit oues, vide etiam ibi de amne Thraciæ, qui nigras oues producit, ſi ipſius aquæ ante coitum bibantur. Quamobrem vna aqua erit melior altera, qua dicimus aquam eſſe aqua calidiorem. Dices quæ eſt melior aqua. Pro nunc dico ſecundùm Hypp. ꝙ eſt aqua fontium orientalium, quæ ſcaturit ex terra, non enim habet groſſam ſubſtantiam, nec luteã, ſed eſt mediocris, & propterea ſubtilior, & leuior, & citò permutatur à calido, & frigido: Sed Raſis ſentit ꝙ melior aqua eſt fluminum magnorum ductuum, & mihi videtur ꝙ ipſe non laudarit flumina magna groſſa, niſi propterea quia ſol operatur in eis vnam operationem per quam ſeparantur partes groſſæ à ſubtilibus, ſed opus, ꝙ fit in aqua, eſt diuerſum ab ipſa. Inſpicienda autem eſt in aqua diuerſitas terrarum, quia non poteſt eſſe in æſtate, quin fluant ad flumina aquæ multitudo, & pluuiæ, & idcirco quantò plus elongatur flumen à ſuo ortu, tantò eſt deterius: finaliter concludit opinionem Auer. eſſe magis veram 5. collig. cap. 38. de aquis, & 6. collig. cap. 3. de balnei iuuamento, ꝙ aqua calida, quæ eſt inter calidam, & frigidam temperata, corpus refrigerat, & humectat, & paucam diſſolutionem operatur, & in hac pauca diſſolutione abſtergit ſorditiem, quæ inactè retinetur: ſi igitur aquarum vna eſt melior altera, hoc prouenit quia vna eſt altera temperatior, nec hoc Ariſt. negat. Hæc obiter.

Quę ſit melior aqua.

Sol. ad 1. & 2.

* Reſoluẽdo modo rationes Calabri, ad primam dico, ꝙ ea quæ ſunt facta ab agente calido non ſunt calida, nam materia eſt pars quidditatis, vt bene probabat D. Tho. & Gaet. lib. de ente & eſſ. cap. 11. & quæſt. 4. cap. 9. ad quos me remitto, in vapore igitur erit

inter

materia, quæ eſt eius pars, quæ cùm ſit frigida, & vapor erit frigidus, ſi igitur aqua ex eo fit, erit quoque frigida. Hoc ſic aſtruitur verum, nubes fiunt ex vapore, vi ſolis generato, at cum omnia facta ſumant naturam agentis, ſolis naturam nubes ſument, ſol autem cùm albus, lucidus, & tranſparens, ſic deberent & illæ, quæ ſunt nigrę, eſſe, & nigredo cauſatur ex frigore, frigidæ igitur nubes erunt. Quare melius eſt aſſerere terram earũ fore partem. Habent aliud falſum ſuppoſitum, ꝙ aquæ fiunt ex nubibus quando ex ſe conſtringuntur. Contra, quia tunc quando videmus nubes in aere, & eſt magnus ventus plueret, ſed ceſſante ipſo pluit, non ergo earum conſpiſſatio aquarum generationis eſt cauſa, principalis verò cauſa eſt antipariſtaſis: Ea autem quę ex vapore humido in ſublime elato generantur ſunt pluuia, ros, nix, grando, quorum duo in aere longe frigido, in quo nubes concreſcunt, generantur. ſ. pluuia, & nix, duo verò in inferiore aere, qui non procul à terra diſtat, duobus illis correſpondentia, reliquum autem, grando in medio, quorum procreatio non ſolùm loco differens eſt, ſed etiam materia proxima, & modo, atque cauſa efficiente, ſiquidem pluuia ex nube in aquam cõcreta, nix ex nube gelata, ros ex vapore in aquã ſoluto, pruina ex eodem gelato, grando ex pluuia antequàm decidat conglaciata, ita tres horum quinque effectuum materiæ proximæ ſunt, vapor. ſ. nubes, & pluuia, quarum vna ex altera oritur, pluuia ex nube, & nubes ex vapore, & cum roris, & pruinæ materia proxima ſit vapor pluuiæ, & niuis nubes, grandinis pluuia, omnium autem materia communis vapor ſtatuatur, eorum autem ortus à frigore proficiſcitur, ſed alia maiori calore, alia minori, alia ſole adiuuante, qui antiperiſtaſim facit, cùmque reliqua ſolius frigoris efficientia oriantur, ſola grando, atque pluuiæ, etiam quędam æſtiuæ vehementes, calore adiuuante, atque antiperiſtaſis beneficio, frigus augentis concreſcunt. Theophraſtus autem, vt d. Olym. aliam cauſam efficientem aquę in ſublimi generante aſſignauit. ſ. denſationem, cuius rei ſignum eſt, ꝙ in Æthiopia licet ibi frigus nullum ſit, tamen aqua ſpiſsitudine condenſata deorſum fertur: ait enim ibi eſſe altiſsima montium iuga in quę nubes incidant, atque ita pluuia diſtracta pręceps deuoluitur propter denſationem ortam, ſicut in ipſis lebetibus humor ait contra refluit, itemque in Tholis, & lauacris balinearum cùm nulla ſit frigoris vis, idque efficitur propter hãc denſationem, quę omnia poſtea dixit Calaber iſte. Sed non eſt ſic, vt bene dixit Mazonius Doctiſsimus, namque in balineo, & lebete, denſationem per ſe eſſe cauſam nõ licet putare, quemcunque enim affectum denſatio reddit ab alia cauſa per ſe prius nota eum perficit; Itaque magis dicendum exiſtimo magnam vaporis abundantiam circa operculum lebetis, & circa tholum cumulari atq; coaceruari, ita vt calorem ſuffocet, cuius interitu ea oriuntur, quę Theophraſtus denſationi tribuit, cùmque vapor omnis omnium materia ſit, aliter tamẽ & aliter, atque alia portione, habitui ſicco admiſtus eſt, vt ob eam etiam cauſam, alio, & alio in loco maioris, & minoris frigoris vi eſiccentur:

frigefa-

frigefactio igitur ſola cauſa erit. Hæc ille: aqua igitur non facta ab agente calido, nec ſumpta natura talis agentis, ſed mixta frigiditate, neceſſariò frigida erit: ꝙ autem de aqua diximus, de niue quoque aſſerimus, quæ ponitur à calabro etiam calida, Euſtratius autem in 5. de hiſt. an. d. ꝙ in Armenia rubentes niues conſpiciuntur, ꝙ loca illa minio ſcateant, vnde nix inficiatur vi exalationũ, non igitur calida. *Ad aliam quomodo è potu aquæ frigidæ multa accidant animalibus mala, remitto me ad Ingarſiam lib. dicto. *Ad aliam reſpondeo ꝙ non omnes frigidiuſculi ſucci linguam conſtringunt, ſed ſyrupi frigidiuſculi, vt de infuſ. roſ. linguam dilatant, & ſentiuntur frigidi ore, & frigidiuſculi in operando, ſicut aqua, & linguam dilatare poteſt. *Ad aliam ꝙ aqua feruens, vt corrumpatur magis perficitur. Dico ꝙ plures ſunt aquæ ſpecies. ſ. fontanæ, pluuialis, fluuialis, ſtagni, & paludis, inter quas certum eſt ꝙ meliores ſunt aquæ, quæ de profundis fontibus decurrunt, & citò calefiunt, & citò frigeſiunt, & quæ per æſtatem fiunt frigidiores, per hyemẽ verò calidiores, & Hypp. lib. de aquis, aere, & locis volens probare quæ ſit melior aqua aiebat aquas pluuiales eſſe bonas, & demum dicebat, quare ciſternarum aquæ ex omnibus aquis hæ citò putreſcunt, vnde illa aqua eſt bona, quę reſiſtit putredini, nam concoctio arguit opus diſtinctum ad putrefactionem, ſubdit aqua ciſternarum arguit limoſitatem, & miſtionẽ cum humoribus, & humorem malum habent. & Gale. dixit ꝙ illa aqua eſt bona, quæ non eſt mali odoris, quæ non putrefit, ſicut aqua pluuiæ, & non fontis, & dat rationem, quia ex pluribus congregata eſt, & commiſta, & aqua optima, quæ boni coloris nõ putrefit, & eſt purior, ſed pluuialis ex pluribus congregata eſt mali coloris, aqua verò fontis eſt pura ſimplex, boni coloris, hæc enim generatur ex propria materia ſua determinata. ſ. aere ſubtiliori, incluſo intra partes montium, purificatiſsimo, vt ita dicam, ſed aquę pluuię cùm aſcendunt, & deſcendunt, ſemper inueniunt aerem plenum vaporibus, & ideo ipſis eſt permiſta: hinc Auic. cap. de febre peſtilent. d. caue ne tempore peſtis bibas aquam pluuię, quę eſt aggregata ex vaporibus malis corporum mortuorum, apta putreſcere, & his plena. D. d. Hyppo. ꝙ ciſternę aquę, quę rapiunt ſecum vapores, habent opus vt decoquantur, vt colentur, vt 6. de morb. vulg. com. 4. t. 10. ait Gale. ꝙ ipſe ſemper decoquebat aquas ſtagnantes, & pluuiales, & hę ſunt accipiendę inopia aquę fontanę, quia per decoctionem oportet vt ſequeſtretur purum ab impuro, quę non ſic factę, malè odorant, & afferunt raucedinem, & grauitatem vocis, & hęc aqua pluuię nocet ſtomacho ducit lapillos, ratione exalationis admiſtę, nã ſemper in aqua eſt exalatio, quę eſt ſicca, & habet rationem condenſandi; hę igitur aquę ſi decoquuntur fiunt puriores, ꝙ ſi decoquuntur aquę fontis, fiunt deteriores, quia exit pars ſubtilior aquę, & remanet pars terreſtris, ideo non approbo aquas fontis coctas abſolutè, niſi cum aliquibus confectionibus deſeruientibus ſtomacho. *Ad aliam ꝙ frigus reducat aquam ad criſtallum, ergo corrumpit illam. Dico ꝙ hoc facit etiam calor. Pro quo nota, ꝙ

Ad 3.
Ad 4.
Ad 5.
Spẽs aquæ.
Ad 6.

ta, ꝙ materia lapidis eſt aqua groſſa, habens multùm de terreſtreitate, vel parùm, ſecundùm puritatem, vel impuritatem lapidum, vnde terra pura lapis non fit, ſed potius tantùm aqua, ſicut videmus generari lapides in fluminibus quibuſdam, videmus etiam ſal generari aqua ſalſa, quæ multum habet de terreſtreitate, & lapides per calorem ſolis, & ignis, eſt igitur materia lapidum aqua groſſa, agens verò eſt calor, vel frigus congelans illam, & ad eſſentiam lapidum in actum deducens. Et de hac materia obiter duo dicam. Statura lapidis inuenitur in plantis, & animalibus, quos quidem lapides non ſine maxima virtute conſideres, alij enim ipſorum cōgelantur in ipſis animalibus virtute ipſius animalitatis, ſicut carbunculus in capite cuiuſdā ſerpentis, & hoc ex calore, ſic multi alij, & credas virtuoſiores eſſe lapides qui procedunt ex animalibus, quàm alios, alij autem congelantur virtute artificij, cooperante natura, ſicut. d. Ariſt. ꝙ quidam faciunt quandam aquā ex duabus aquis confectam, quæ lac virginis appellatur, & congelant ipſam in lapidem, iſta autem dicitur fieri ex litarginio philoſophorum diſſoluto in aceto eorum, & aqua cuiuſdam ſalis, qui dicitur alcalis ſimiliter eorum, vnde, cùm quælibet iſtarum aquarum ſit valdè clara, dum coniunctæ ſunt immediatè quodam effectu mirabili fit vna aqua ſpiſſa, & alba ſicut lac, cum iſta ergo imbuunt ꝙ coagulare volunt, & coagulant in lapidē ſicut calx argenti, vel alterius corporis hac aqua imbibitur, poſt chima ad lentum ignem ponatur, & fiet lapis, habet enim lac illud naturam coagulandi calces aliquorum in lapides, videmus enim ex ſanguine, & ouo, ex capillo, & cerebro, & aliis partibus aliquando fieri lapides mirabilis naturæ, & efficaciæ, & virtutis. v.g. de ſanguine accipiebatur ſanguis humanus & putrefiebat in fimo poſtea ponebatur in diſtillatorio, & diſtillabatur aqua alba ad modum lactis, poſtea augmentabatur ignis, & diſtillabatur oleum, poſtea feces, quæ remanebant in diſtillatorio rectificabamus vt albæ fierent, vt nix, & reddebamus eius aquam, & oleum, & fiebat lapis clarus, & rubeus mirabilis, & ſtupendæ virtutis, & naturaliter fluxū ſanguinis patientibus ſiſteret, ac multas infirmitates à corpore expellebat. A plantis autem extraximus aquas ſic ſcilicet comburebamus plantas in furno calcinationis, & poſt contundebamus in aquam, & ipſam diſtillabamus, & congelabamus, & fiebat lapis ille optimæ virtutis, & efficaciæ ſecundùm diuerſitatem plantarum, & virtutum. Quidam etiam per artificium faciunt lapides, vt omninò videtur in oī approbatione lapidum ſimiles lapidibus naturalibus, vt puta faciunt iacintum ſimilem iacinto naturali, ſic Zaffirum, qui quidē modus generalis, talis eſt, dicunt enim ꝙ materia gemmarum precioſarum eſt criſtallus, qui eſt aqua habens de terreſtreitate congelata per actionem fortem frigoris, molunt ergo criſtallum ſuper marmore, & imbibunt quibuſdam aquis acutis clariſsimis, diſſoluentibus ex vna actiuitate, molendo multoties, & ciccando, vt fiat quaſi vna materia, ſiue natura, poſtea ponūt illam confectionem ſub fimo calido, & ibi ad tempus, vel per tres dies conuertitur in aquam,

quam

quam diſtillant, vt clarificetur, & partes ſubtilientur, poſtea habent aliam aquam rubeam confectam ex vrina puerorum, & vitriolo calceato, ſimiliter multoties diſtillant, & coniungunt ambas aquas ſecundùm pondera certa, & ponunt in fimo, vt melius coniungantur inſimul, & diſtillant, & poſtea ad lentum ignem in chima diſtillāt, & fit lapis omninò ſimilis iacinto, quando verò volunt facere Zaffirum, habent ſecundam aquam confectam ex vrina puerorum, & azurio, & ſic de alijs lapidibus ſecundùm diuerſitates cœlorum. Ex quibus patet materiam omnium eſſe aquam, agens verò congelans eſſe non tantùm frigus ſed calorem qui educit ab illa materia formam lapidis in eſſe ſuppoſiti.* Ad aliam dico ꝙ aqua ſeruatur motu, ipſe enim non calidorum tantùm eſt proprius, ſed & frigidorum, & vt ſæpe dictum eſt, in calidis eſt cauſa caloris, in frigidis verò frigoris. *Ad aliam dico ꝙ albedo non eſt propria caloris tantùm, quia nix, aer, & aqua ſunt alba & frigida, vt probatum, & hoc principium tibi etiam impugnaret, ꝙ ſupra negaſti aerem eſſe calidum. Nec tenuitas eſt propria caloris, vt patet etiam de aere.* Ad aliam dico, ꝙ Ariſt. non videtur aquæ vniuerſitatem eſſe calidam, ſed frigidam, bene hoc ipſi videtur, ꝙ niſi moueatur corrumpitur, vel ex calido è terra eiecto, vel ex frigido, vt quia poteſt congelari, vel putrefieri, vt patet in locis aquoſis, non mobilibus.* Ad aliam dico ꝙ non omnis humor eſt calidus per ſe, nec omnis eſt per accidens, vt inducenti multa notificabitur experimento, negatur poſtea ꝙ aqua ſit humor terræ, eſt enim magnum corpus elementare, vt communiter dicunt doctores ſuper geneſi, & Sacra ſynodus Tridentina declarat cap. de baptiſmate, quomodo ea baptizemur, eiuſque materia exiſtat, & eſt vna pars principalior mundi.* Ad vltimam dictum eſt ſuperius.

Ad 7. Ad 8. Ad 9. Ad 10. Ad 11.

TELESIVS. Cap. 22. valebat probare mare non eſſe aquarum vniuerſitatem, nec aliam aquarum multitudinem, hoc enim corpus non eſt elemētum, ſed potius dicitur terra fuſa, & talis vniuerſitas aquæ. ſ. mare, potius erit calida, & ſicca. Primo nulla eſt maior vniuerſitas aquæ, quàm mare, ſi igitur ipſum eſſet elementum aquæ, tunc eſſet frigidum, & humidum, ſed mare ei debet videri calidum, & ſiccum, ſi exiſtit ſalſum, & craſſum, ergo non eſt elementum aquæ, ergo, &c. Et quia aliquis poſſet dicere, ꝙ mare eſt frigidum, & humidū, tenue, & dulce, & tenuium, & dulcium partium abſceſſu, & calidæ, & ſiccæ exalationis commiſtione à delabentibus delatæ pluuiis in contrariam actum eſſe naturam. Contra. d. aqua nulla à calore nullo, vel craſſeſcere, vel ſalſa fieri poteſt, quæ nimirùm parùm quid à vaporum natura remota, pluſculum attenuata, amplius in vapores, inque aerem ſolui tur vniuerſa, nulla inexiſtēte craſſitie, quę ab exili calore nequeat attenuari. I

MARTA. Hoc caput innititur principio ꝙ à nobis iterum reiectum eſt ſcilicet facta agentium ſumere naturam, nos contra probauimus, etiam materiam concurrere ad factionem rerum. Supereſt probare aquam eſſe neceſſariam pro elemento, pro perfectione mundi, nec intendo probare quomo

do neceſſariam ſit ad miſtionem rerum, & ad conſtructionem cæterorum corporum, hoc enim infra faciam, ſed id probabo prout ſancta defendit fides catholica, Eccleſia canit, & Chriſticolę amplectũtur.* Primo in Gene
1 ſi dicitur ꝙ ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquis, ecce in creatione mũdi fuit elementum aquæ, quia ſic fuit creatum, non igitur ſola terra, quæ poſtea aquam humorē peperiſſet. Cur autem in Geneſi nominetur aqua, & non alia elementa, remitto me ad Albertnm. 1. parte ſum. quæſt. 12. art. 13.
2. * P. omnes doctores in 4. ſent. dicunt mare ipſum in die iudicij debere amittere ſalſedinem, quam accepit à terra, & remanſurum elementum aquæ purum, ſicut fuit creatum. Et iterum dico Sacra Concilia nos elemento aquæ baptizari aſſerere. P. infinita ſunt loca ſcripturæ elementum aquæ vocitantia. Cur igitur ſi veritatem habemus, & fide credere cogimur, malimus cum calabro delirare, quàm ipſam amplecti. Nec valet fuga de ratione naturali, quia hoc nos docet fides Chriſtiana, Nec debemus deſerere veritatem antiquam, niſi aliquid à Deo fuerit melius reuelatum. Dices ꝙ quæ continuò non adiunguntur, nõ habent vnum locum ſicut aquæ. Dico ꝙ omnes aquę habent vnum terminum. ſ. mare, ad quod confluunt, vel manifeſtis, vel occultis meatibus, & idcirco dicuntur aquæ congregari in locum vnum. Cur autem aliqua pars terræ nõ ſit cooperta aquis. Aliqui philoſophi attribuunt actioni ſolis per eleuationem vaporis deſiccantis terram: ſed ſacra ſcriptura attribuit actioni diuinæque poteſtati non ſolùm in Geneſi, ſed etiam in Iob 38. cap. vbi ex perſona Domini dicitur, circũdedi mare terminis meis, & Hierem. 5. dicitur me ergo nõ timebitis ait dominus, qui poſui arenam terminum mari: quare propter neceſsitatem finis, vt animalia, & plantæ eſſent ſuper terra, oportuit aliquam terræ partem ab aquis diſcopertam fuiſſe. Piccol. d. ꝙ ſi haberet partes ſuas fluxiles ſicut aqua, circũcirca ab aqua circumdaretur, ſed cùm terra ſit corpus ſiccum, aridum, & durum, & humore priuatum, ex hoc eſt ꝙ multæ ſuæ partes extreme eleuantur in montes, promotoria, colles, & ſimiles altitudines, ita ꝙ aqua cum ſit fluxilis, deſcendendo ad inferiora, loca, relinquit partes terræ altiores, vt videmus: quamobrem terra ſi eſſet fluxilis, & diſsipabilis, certa res eſſet, ꝙ cum ſit grauior, magis deſcenderet, & ſic aqua eã circumdaret, quòd experimento patet, nam ſi mons, vel promontorium caderet in mare, talis terra ſicca ad eius fundum caderet, quem occuparet, aqua igitur ſummergeret, & ipſam circũdaret: & quia aqua propter grauitatem ſuarum partium habet etiam impetum, & inclinationem ad centrum mundi, reducitur quantò plus poteſt ad circumferentiam ſfericam, tantò terra politiorem, exactioremque, quantò plus natura fluxilis ſuarum partium ſuffert, quàm poſsit facere durities, & partium terreſtrium ſiccitas, & hæc eſt cauſa quòd tale elementum ſit sfericum. Dices ſi congregationes aquarum ſunt in vno loco, qui eſt proprius locus elementi, quòd dicitur aqua, cùm ipſum elementum naturam habeat inſipidi, iſtę congregationes aquarũ, quæ nominantur in geneſi, debent ap-

pellari

pellari inſipidæ, & non maria, ipſa enim amara ſunt, & habent aquas compoſitas, & permiſtas terreſti combuſto, aquæ autem elementum ſua natura eſt ſimplex. Dicimus ꝙ mare ſecundùm ſubſtantiam ſuarum aquarum eſt elementum, & ſecundùm eſſe inſipidum, per accidens autem eſt amarum, & commiſtum, talem enim ſalſedinem, & amaritudinem Ariſt. 2. Meteor. t. 23. retulit ad exalationem vaporoſam in ſublime elatam, quæ multùm fumidæ exalationis admiſtum habeat, itaque cùm in ſublime elata in nubem, & aquam cogitur, ac rurſus defertur fumidam illam, & ſiccam exalationem admiſtam, & in ſe cõcluſam habet, quæ cùm ſalſedine affecta ſic, nec enim prorſus à calore euinci potuit in mare, in quod pluuiæ magna ex parte decidunt, efficiunt ſalſum, quod quidem vtriuſque exalationis in ſublime aſcenſus, rurſusque deſcenſus ordine quodam ſemper ſit, quò ad ordinem tamẽ & conſtantiam, ea quæ hic fiunt poſſunt ſeruare, atq; ſicuti in alimenti concoctione in corporibus animalium, & in rerum aduſtione aliquid ſemper remanet, quod caloris concoquentis vi euinci non poteſt, in illa quidem excrementum, in hac verò cinis, quorum vtrunque ſalſum eſt, ita & in vniuerſo, ex alimento, quo ſtirpes omnes aluntur, quod quidem in terra ineſt concoctione, eius generis terra manet, veluti excrementũ, ꝙ ad alendum, vt ineptum concoqui non potuit, atque ex hac terra exalatio ſicca, magna enim eius copia ab eiuſmodi arida tellure mittitur, talis eſt videlicet excrementitia, & ex ea affecta ſapore, quo excrementum omne affici conſueuit. Ita Ariſt. de ſalſedinis maris cauſa decernit. Sunt etiam qui credant ipſum fuiſſe alterius opinionis. ſ. exalationes è fundo maris eleuatas, ſæpius aquam illum tranſiendo, modo ſurſum tendendo, modo deorſum relabẽdo, aquam marinam ſalſedine inficere: vis enim calefactiua ſolis tranſit per aquam, ſicut & illuminatiua, cùm ipſa non adeò ſit ſolida, neque denſa, vel dura, & quamuis maris fundum extrinſecum habeat, & in conuexo humiditatem, habet tamen intrinſecam, naturalemque ſiccitatem, quæ eleuandis exalationibus ſufficit: vtcunque ſit, ambę opiniones ſunt bonæ, & coincidunt in rei veritate, quam quiſque apprehendere poteſt. ſ. in vi ſolis, qui vapores eleuat: ſi enim vapores eleuat à terra arida, qui ſunt in aere, iterum aſcendendo vapores aquæ, ex quibus itidem fiat aqua, commiſcentur iſti vapores, & ſalſę, vel amarę, aquę fiunt: ſi verò ſol è profundo maris eleuet vapores, iſti nõ amplius poſſunt aſcendere, præterquàm ad aquam, quæ diſſoluendo tales vapores ſiccos, & amaros fit aqua amara, & ſalſa, & tali ſapore.

MARTA. Nunc tractabo de terra iſta. Et primo eius figura eſt ſferica, quia quælibet eius pars naturaliter vadit ad centrum, partes igitur ſuperiores, deprimenc inferiores, quouſque ad medium perueniant, & ita cum omnes partes æqualiter verſus centrum comprehendantur, neceſſe eſt ipſam eſſe figuræ ſfericę, ꝙ etiam intelligatur ſi diceretur ipſam nouiter generari, vndique currentes omnes partes verſus centrum, ſicut in hoc cum aliquibus antiquioribus concordamus, nec erit ꝙ ab illis formetur vna maſſa ter- De terra. De figura eius.

rę, quę ſit ęquidiſtans à circumferentia, & hęc ſit figura ſferica, quia iſta eſt corpus, à cuius medio omnes lineæ tractæ ad circumferentiam ſunt ęquales, Nec obſtat an pars terræ ſimul, vel ęqualiter coadunentur ad medium, vel non, quia ſemper pars, quę erit maior, cùm ſit grauior, conſtringet minorem, & expellet, quouſque ipſa maior tendat ad centrum, & quouſque vndique fuerit ęquale pondus. Dices quòd ipſa potius videtur figurę tympani, nam cùm ſol oriatur, & ad occaſum vadat, diuiditur ab vmbra terrę per lineam rectam, & non curuam, pars enim ſolis videtur ſupra terram, & pars eius occultatur, ſi igitur terra eſſet ſferica, oporteret lineam, quę ſolem diuidit fore curuam, duo enim corpora ſferica debent diuidi circulariter. Sed dicas non conſiderari in hoc diſtantiam ſolis à terra, neque eorum rotunditatum magnitudinem, namque videmus in paruis circulis diſtantibus à nobis rectas apparere curuas, ꝙ poſtea multò magis apparet in circulis maioribus, qua igitur apparentia non iudicabis terram non rotũdam. Iterum dices cùm terra ſit immobilis conuenientius eſſet aſsignanda figurę planę, firmioris, quàm circularis. Dicunt communiter omnes, ſi terra eſſet figuræ planę, eſſet vnus tantùm orizon totius mundi, ꝙ eſt falſum ſuppoſitum: Ex Eclypſi autem lunæ poteſt comprehendi terram eſſe ſfericam, ꝙ ſi non eſſet, non viderentur lineæ diuidentes tales eclypſes eſſe circulares; quando quidem clarè videmus quando luna eſt eclypſata, obſcurum, & lucidum, illius diſtinctum per ipſas, & hic tunc eſt, quando vmbra interponitur inter ipſam, & ſolem, talis autem vmbra videtur rotunda, & ſferica: Solius autem corporis ſferici hanc vmbram facere eſt proprium. Nec rectè aſſeritur hoc ex lunæ rotunditate cauſari, namque in augmento, & diminutione eius videtur quælibet differentia figuræ, quia aliquando diuiditur per lineam rectã, ſicut quando videtur media in ſeptimo, & vigeſimo primo die, aliquando videtur circularis; vt in plenilunio in decimo quarto, aliquando videtur concaua. i. à primo ad ſeptimum, & à 21. die vſque quo diminuat, ꝙ omne ex diuerſis ad ipſam ſolis aſpectibus prouenit, ſed in eclypſibus ſemper diuiditur per circulares, qui cum ex vmbra terræ cauſentur, ſi vmbra eſt ſferica, terram ſfericam aſſerere veriſsimũ eſt. Poteſt & hoc ex diuerſitate ſtellarum comprobari, quæ variæ, & diuerſæ videntur in variis, & diuerſis locis, nam colentibus ſeptentrionem quædam ſtellæ perpetuò videntur, quæ ſunt propinquæ polo artico, & aliquæ ſunt eis ſemper occultę, viciniores polo antartico, vnde ſi quis diſcedens à ſeptentrione, auſtrum verſus gradiens, eouſque gradiri poſſet, quo non amplius illæ viſæ ſtellæ viderentur, quæ autem occultę proſpiciantur, ſicut audio ſuperioribus temporibus accidiſſe hominibus Portugallię, in nona eorum nauigatione, qui vlterius procedendo, non videntes ſignum tramontanæ, ſumpſerunt auſtrum ei oppoſitum, & contrarium accideret deſcendenti ab auſtro verſus ſeptentrionem, ꝙ ſi terra eſſet plana, omnes profectò eundem haberent orizontem: & per eandem rationem experimur terram eſſe rotundam verſus occidentem, ac

orientem,

orientem, aliter enim ſtellę non anteà orirentur orientalibus, quàm occiden talibus, ſi igitur ipſa eſſet concaua, ſtella primo appareret occidentalibus, & ſi plana, omnibus æqualiter: ſed manifeſtum ꝙ primo appareat orientalibus vt ex eclypſi lunæ, qui apparendo in regionibus orientalibus, media nocte videbitur, at in magis occidentalibus ante mediam noctem, ſecundùm locorum diſtantiam, ꝙ clarum ſit procedere à rotunditate. Quidam doctor non deſpiciendus dicit perbellè: Aduertant omnes talem vallium, & montium variationem non impediri vt terra ſferica dici non poſſit: reſpectu enim cœli debet vocari rotunda, & reſpectu magnitudinis totius vniuerſi colles, & promontoria ſunt quaſi inſenſibilia: Imaginemur quæſo lapidem rotundum, tantę magnitudinis reſpectu formicę, quantæ montes reſpectu noſtri, ſicut ſi imaginemur 40. vel 50. palmorum diametri, & ſua extrinſeca ſuperficies non habeat politiem, ſed habeat aliquas paruas concauitates, & talis ſit proportio in eorum magnitudine ad quantitatem illius lapidis, ſicut montes ad quantitatem terrę: certum eſt ꝙ ſi illa formica diſcurreret, iudicaret tales ſatis ſenſibiles concauitates, quæ eſſent in dicto lapide, ita ꝙ nunquam iudicaret talem lapidem rotundum, ac ſi homo non diſcurreret quàm circa particularia, & non intelligeret vniuerſalia, vt poſſet intelligere, & oſtendere terram ſfericam, cùm alibi videatur montuoſa, alibi valloſa, & alibi planiſsima; tamen ſiquis diſtaret ab ipſa per ſpatium tot diametrorum, quot fert ſpatium medium inter ſupremum cœlum ſfericam iudicaret, nec impedirent illę concauitates, & montuoſitates. Nec eſt ipſius Piccol. hoc exemplum, ſed Ioannis Caturienſis in perſpectiua communi.* Eius autem circuitus, ſicut eſt opinio philoſophorum eſt ſtadiorum ducentum quinquaginta & duo milia, deputando ſeptingentos ſtadios cuilibet partium zodiaci, quæ ſunt trecentum, & ſexaginta. Et quòd ſit verum, ſumatur Aſtrolabium, cùm nox fuerit clara, & ſtellata, & polus videatur per omnes duos punctos mediclinij, notetur numerus graduum, in quo fuerit mediclinius, poſtea procedat menſurator terrę rectè verſus ſeptentrionem, diſcedendo ab auſtro, quouſq; in claritate alterius noctis videatur polus eſſe altior per vnum gradum quàm fuiſſet, poſt menſuratum tale ſpatium itineris, fuit inuentum eſſe ſtadiorum ſeptingētum, poſtea tribuendo cuilibet gradui, qui ſunt trecentum, & ſexaginta tot ſtadios, inuenietur circulus totius terrę, ex quo ſecundùm regulā diametri circuli poterit inueniri diameter terrę. Remoueatur autem vigeſimaſecunda pars circuitus terrę, & tertia pars eius ꝙ remanet. i. 80181. ſtadios, & medium, & quaſi vnam tertiam ſtadij, & talis erit diameter terrę, quorum ſtadiorum octo faciunt vnum miliare. Debes vlterius ſcire, quòd ſecundùm regulam diametri ad circūferentiam, ſic inuenitur diameter terrę. i. per triplam ſeſquiſeptimam, quę eſt terſeptem, & ſeptimus & quia omnium numerorum triplorum ſeſquiſeptimorum, vigeſimus ſecundus eſt primarius, ideo iſtis experientiis capitur numerus, qui ſit triplus ſeſquiſeptimus. i. terſeptem, & probatur terſeptem facere 21. & vnus

Quantitas ſua.

vnus ſeptem qui eſt 22. Ad cognoſcendum igitur quantus ſit diameter terrę, dēt haberi numerus 22. & ponatur ſub numero circuitus terræ 252000. & fiat maſſa, & ꝙ egredietur foras, ſubtrahatur cum ſumma circuitus, & ꝙ remanet diuidatur per medium, erit diameter terræ, qui eſt 80181. ſtadiis 15022. & ſemi, & vna tertia ſtadij: diameter igitur terræ eſt 80181. ſtadiis, & eſt 1822. & ſemi. Cùm igitur clarus ſit modus inueniendi longitudinem terræ à ſeptentrione ad auſtrum, remanet vt videatur ab occidente ad oriēs, cùmque id non poſſit videri ex ſtellis, quia neutrobique ſunt ſtellæ perpetuæ apparitionis, alia via vti oportet, vt cognoſcatur iſta longitudo, nullaq; alia eſſe poterit, niſi ex ijs, quæ in cœlo fiunt id cognoſcere. Conſideretur igitur quando fit lunę eclypſis, qui eſt generalis, talis eclypſis non videtur occidentalibus, & orientalibus eodem tempore, ſicut eſſet occidentalibus hora noctis, orientalibus verò tribus, ſicut Venetiis apparebit ad noctis horam vnam, Alexandriæ verò ad tres, ad eſſe igitur venetiis, & Alexādriæ, eſt differentia duarum horarum, vt videatur eclypſis lunę. Videndum quot ſtadiis itineris ſunt Venetiis ad Alexādriam, & quia quælibet hora habet quindecim gradus, fiat ſic, ſi triginta gradus, qui ſunt duæ horę dāt mihi tantùm itineris, quantum dabunt 360. gradus, & ita inuenietur dicta largitas.* Curioſis autem ſatiſfaciendo, de terra, an ſit in medio mundi, vt communiter dicitur: Notamus, ꝙ cùm cœlum ſit corpus habens motum circularem, & circa medium, neceſſe eſt eſſe medium, circa quod ipſum mouentur, ꝙ ſtabile, & firmum, & ꝙ ſit corpus, & non eſt poſſibile eſſe cœli partem, ſed totius vniuerſi elementarem, nam cùm ſit ſtabilis, ſi eſſet pars corporis cœleſtis, ſequeretur in eodem tempore alteram cœli partem moueri, & alteram quieſcere, ꝙ eſt impoſsibile, neceſſe eſt igitur inueniri vnum elemētum ſtabile, circa ꝙ moueatur cœlum, & ſit terra, & quæ ponatur in medio mundi, nam omnia corpora grauia tendunt ad centrum ideſt ad medium mundi, & terræ, medium igitur mundi, & terræ eſt idem, & per conſequens in medio mundi inuenitur, ſignum eſt quia colentes ſuperficiem terræ vident ſtellas eiuſdem quantitatis, quæ ſunt in medio cœli, ſicut in oriente, vel occidente, & hoc quia terra æqualiter diſtat ab illis, & ſi terra adhæreret magis vni parti, quàm alteri firmamenti, qui colerent partem magis adhærentem, non viderent medietatem cœli, ꝙ eſt contra Ptol. & omnes, & contra ſenſum, quo modocumque enim homo voluatur, ſemper videt cœli medietatem, & ſex ſigna zodiaci oriuntur, & ſex cadunt: hoc etiam eſt ſignum ꝙ terra ſit centrum, & vt punctus reſpectu firmamenti, quia ſi ipſa eſſet alicuius quantitatis reſpectu firmamenti, non videretur medietas cœli: imaginetur igitur ſuperficies plana ſuper centrum terræ diuidens illam in duas partes æquales, & per conſequens ipſum firmamentū, oculus ſtando in centro videbit medietatem firmamenti, idemque poſtea ſtando in ſuperficie, ex quo concluditur ꝙ quantitas quæ eſt à ſuperficie ad centrum terræ ſit inſenſibilis, & per conſequens totius terræ quantitas, & quaſi nihil reſpectu firmamenti.

An terra ſit in medio mundi.

De qua

De qua re remitto me ad Ptol. in lib. Almag. diction. 1. & 6. ſupereſt de partibus terræ diſſerere, & calabrorum dicta deſtruere.

Telesius s. 1. lib. cap. 43. de terra tractans, volebat probare ipſam omninò eſſe cœlo contrariam, & nullum illi motum conuenire, & abſurdas eſſe Ariſt. rationes, quæ motum naturalem illi, & reliquis corporibus omnibus attribuant, & cur deorſum ſpõte feratur. * Primo Ariſt. terram nunquã moueri, ſed perpetua immobilitate conſpecta 2. cœli. t. 100. & immobilem eam oportere eſſe rationes multæ declarant, & frigori, à quo cõſtituitur terra, immobilitas tributa eſt, & 1. Meteor. 4. & 2. Phy. 1. natura quietis, & immobilitatis æquè ac motus principium viſa eſt: poſtea ſibi cõtrariatur, quia. d. ꝙ terra ipſa, & omnia corpora naturalia non debuerãt poni mobilia, quia natura ibi poſita eſt principium motus ſolius. * P. quare terra non videtur moueri à ſeipſa, & commota videtur corrumpi, ergo immobilis, & naturæ nihil minus immobilitas, quàm mobilitas eſt aſsignanda. * P. ſi terræ partes videntur moueri vi, non ergo ipſa vniuerſa: & partes non mouentur natura: quid enim prohibet ꝙ propria natura immobile eſt, ab alio id impelli, & moueri. * P. quod vi mouetur, ab aliquo mouetur, ſed ꝙ natura & motus ſinguli, naturaleſq; corporis alicuius proprij ſunt, ſed quę in proprio loco natura quieſcunt, & immobilia, non debeat videri ſponte ſua moueri, & proprio motu naturali ad illum, quia immobilitas, & motus naturæ vni conuenire non poſſunt, ſed quæ immobilia ſunt non mouentur, quæ contra naturam mouentur perpetuò moueantur, & nunquam ceſſent, idque Ariſt. videri debet, qui vnius ſubſtantiæ vnicam oportere eſſe operationem enunciat, & vnius corporis vnum eſſe motum ſummè contemnat.

1 2 3 4

Marta. Terram antiquiores dixerunt moueri circulariter, & non ſolùm quam colimus iſtam, ſed aliam huic contrapoſitam, quam imaginabãtur, ſicut mouentur multa alia corpora, & ideo ſępius lunę, quàm ſolis eclypſes fiunt, quia non ſolùm hæc noſtra terra interponitur inter nos, & lunã, ſed dicta corpora ſimilia etiam. Nec videbatur inconueniens ſi dicatur, terram non eſſe centrum, licet per apparentias poſsit comprehendi, & maximè per euidentias orizontis, qui ſemper diuidit totam ſferam, & diuidit illius maiores circulos in duos ſemicirculos, & ſic ſemper à nobis videntur ſex ſigna zodiaci. Dicunt ꝙ tota terra non eſt centrum, quia hoc eſt punctus diuiſibile, ſed tota terra eſt vnum corpus ꝙ cõtinet in ſe magnitudinem, circulus autem videtur, quia eſt in ipſius ſuperficie, nec hoc impedit ꝙ nobis videantur accidere multę alię res, ſicut ſi viſus noſter eſſet in centro, quòd aiunt ex paruitate terrę euenire, ideoque apparentias videri nobis putant, cùm terra non teneat medium mundi. Alij dixere huius oppoſitum, & moueri circa eius polum, vnde vt cognoſcatur ipſam non moueri naturaliter, dico quòd ſi ipſa moueretur circulariter ita cùm fuerit in medio mundi, ſicut ſi extra illud, neceſſe eſſet talem motum eſſe violentum, & non naturalem ſi autem ſic eſſet, quęlibet eius pars tali gauderet motu, eundem enim

habet

habet totum, & pars, cuius cõtrarium apparet ꝙ ſcilicet rectè moueatur ad medium vſque. Et omnia corpora naturaliter ſe mouẽtia mobilia ſunt, nec loco gaudent ſtabili, quia quodlibet dictorum corporum mouetur diuerſis motibus, & non vno tantùm pręter quàm prima ſfera: ſi igitur terra habet motum ſuum circularem tam ſi ponatur in medio, quàm extra, neceſſe eſt quòd diuerſis moueatur motibus, & cùm ita ſit, eſſet neceſſaria mutatio, & egreſsio ſtellarum fixarum reſpectu terrę, quę ratione proprij ſui motus deficeret, & non regrederetur ad eundem punctum ſimul cum ſtella ſferę, vel ipſa terra, vel aliqua pars ſignata, ſicut accidit planetis, & ita ſequeretur ſtellas fixas non videri naſci ſemper in vna, & eadem parte terrę, ſemper autem oriuntur, & ſurſum tendunt ſecundùm eadem loca ſignata quare terra circulariter non mouetur. Vnde videmus vnum, & eundem motum naturalem tam in vna parte terrę, quàm in tota, eundi, ſcilicet ad medium, ex quo ſi tota terra eſſet extra eius medium, ad ipſum neceſſario moueretur ſecundùm ſuam naturam. Terram igitur eſſe immobilem ſic indubitanter probatur: nulla t[illegible] res mouetur in loco, ad quem it naturaliter, cùm in tali loco ſit ſua quies naturalis, ſed terra cùm ſit grauis naturaliter ad medium mũdi graditur, quòd cùm colat non deſiderat. P. omnes res graues, ſurſum proiectæ, ſemper per lineam rectam deorſum delabuntur, quòd toties euenit, quoties fit, ex hoc terram immobilem, & neceſſariò fore in medio concluditur, vnde nulla pars terrę poteſt diſcedi à medio, niſi violẽter, in vno enim corpore ſimplici non poſſunt eſſe duo motus contrarij, & diſcedere à medio, & ad ipſum ferri contraria ſunt: Quamobrem cùm ſit manifeſtum nullam partem terræ poſſe à medio, niſi violenter diſcedi, de tota terra hoc aſſerere non dubitant omnes & Philoſophi, & Aſtrologi. Dicent omne corpus ſimplex habere vnum motũ ſimplicem, & naturalem, terra igitur ſuo gaudebit, cùm autem ipſa rectè non moueatur, circulariter debere moueri eſt aſſerendum. P. ſi ipſa non moueretur, eſſet ęterna, quia nec ſecundùm totũ, nec partem, & omne quòd taliter eſt immobile non conſtat ex contrariis, & eſt æternum. Dicimus terram nõ moueri localiter, ſed cœlum niſi enim ſic eſſet, tunc cùm ſemel eſſet eclypſis, eſſet ſemper, quia cùm non moueretur cœlum, eſſet ſemper luna de directo perpendiculariter contra ſolem cũ ſemel fuerit, ſed videmus contrarium, apparet enim eclypſis, & poſtea ſol, & luna clari, & lucidi: ſi igitur cœlũ mouetur, cùm omnis motus velit ſuã quietem, hanc igitur habere oportet, quæ terræ exiſtit, cùm de alio elementari corpore id affirmare non poſſumus, clarè enim cætera videntur moueri. Ad argu. terra eſt corpus ſimplex, &c. Dico terram habere motum naturalem ſimplicẽ, qui eſt motus generationis, & corruptionis ſecundùm partem, non totum, quia videmus per ſpatium temporis ꝙ vbi erat aqua facta eſt terra, & è contra, & ideo mediante tali motu generationis, & corruptionis pars centri euadit ſuperficies, & è contra: ſex enim ſunt motus, ſcilicet localis, generationis, corruptionis alterationis, augmentationis, & diminutionis, ca-

nis,calore autem eleuantur vapores ex ſuperficie terræ, & fiunt aquæ, quæ cõdenſantur,& terra fiunt,& ſic ꝙ ex vno aufertur latere,alteri additur,hoc modo æterna,& corruptibilis:ex quo etiam claret ꝙ terra ſit contraria cœlo,hoc moto,illa immobili facta : contrarietas igitur penes moueri, & non moueri æquiuoca exiſtit,ac ſi diceretur inter ſpecies homo eſt æquo cõtrarius,nec hoc Ariſt.negauit. Noto vlterius contra Calabrum ꝙ elementa in propriis locis quieſcunt, ratio enim motus eſt imperfectio in his inferioribus:quando igitur quieſcunt maiori perfectione gaudent, patet de terra, & aqua : de igne verò, & aere diximus moueri ſupra naturaliter,naturam autẽ eorum quieſcentem eſſe. Siquis verò igni maiorem perfectionem ex motu addi diceret,hoc eſſe de inferiori alligato craſſæ materiæ intelligendum puto,quæ eius naturę reſiſtit,ſuperior verò ſemper vno modo viuidus,clarus, & ſiccus in ſua natura. Noto amplius ꝙ forma elemẽti eſt principium motus in ipſis,illud.n.ꝙ eſt cauſa velocitatis motus eſt cauſa motus,illarũ autẽ ſunt grauitas & altera, ergo & motus:velocitas enim elementi eſt à ſua grauitate,& tarditas à ſua leuitate. P.forma elementi eſt cauſa diuerſitatis naturæ motæ,ergo cauſa motus. P.forma eorum eſt cauſa intenſionis, & extẽſionis motus, quia maior grauitas eſt cauſa maioris motus. P.illud mouetur à ſua natura,quandocunque mouens,& motum ſunt intrinſeca,iſta igitur elementa mouẽtur à forma. Dices quomodo grauitas,& leuitas poſſunt eſſe formæ ſubſtantiales elementorum, ſi dictum eſt ipſas non ſentiri. Ale. Achill.& Mazonius quæſt.3751.dixerunt ꝙ ſunt ſubſtantiales formæ ſumptæ pro grauitatione,& leuitatione,quæ nullo modo ſentiuntur, quod optimè olfecit Cardinalis Contarenus 1.lib.de elem. Noto aliud ꝙ elementa non mouentur ſecundùm totum,ſed ſecundùm partem prima pars elementi mouetur tendens ad totum,& mouetur per principium intrinſecum.i.per formam , & totum poteſt capi dupliciter vno modo cathegorematicè, alio modo ſincathegorematicè , & hoc totum idem eſt ꝙ aliqua pars, primum verò integrum eſt , & perfectum, & cùm dico ꝙ totum elementorum non mouetur,intelligo de toto cathegorematicè,niſi verò,ſequeretur ꝙ eſſet alius mundus:& ſimiliter cùm dico ꝙ totum elementum mouetur,intelligo ꝙ quælibet pars elementi eſt mota, vel poteſt moueri, ꝙ intelligitur ſincathegorematicè. Nunc volo declarare quomodo elementum mouetur, an pars moueat totum,vt forma materiam, an alio modo. Pro quo ſuas ꝙ elementum,& omne illud ꝙ habet eſſe,in quo diſtinguitur quo, & quid.i.ratio prædicandi,& illud ꝙ prædicatur,ſicut in motu elemẽtorum forma eſt pars,& quod quid,quia eſt ratio mouẽdi,& eſt ꝙ mouet, illud autem quòd mouetur eſt totum ſincathegorematicè,ratio autẽ mouendi actiuè eſt forma,& ratio motus paſsiuè : Nec forma eſt mouẽs,& mota,vt 12.Metaph. 44.habetur quòd eſſentia motoris non eſt eſſentia mobilis,tamen aduertas, quòd forma vt motor,eſt ratio mouendi actiuè, vt actus, ſed vt in materia paſsiuè. Dices ergo materia eſt ratio motus, quia eſſentialiter ipſa eſt ratio

patiendi, & ſic mouendi, & recipiendi motum. Dico ꝙ ratio recipiendi eſt materia, ſed ratio recipiendi motum eſt materia in formata, quod enim recipit motum debet eſſe ens in actu, ꝙ non competit ipſi materiæ ex his omnibus ſatisfactum puto quomodo terra ſit immobilis, quomodo partes mouentur, quid eſt principium motus in ipſis partibus, quomodo graue, & leue ſint elementorum formæ. De elementorum autem motibus vltima diſceptatione aliqua alia dicemus ſubtilia.

TELESIVS. 1. cap. 44. volebat probare terræ partes deorſum labentes non moueri, ſed decidere.* Nam quæ mouentur ex ſe, poſſunt ſe ſubſtinere à motu, & ꝙ immobile eſt non, ſed terræ partes non ſponte ſua id faciunt, ergo decidere magis & pati quoddammodo ſe impotentes ſubſtineſe, ſed perpetuò decidunt omninò vndique, niſi à firmo quoddam, ſtabiliq́ue ſubſtineantur, & veluti coerceantur, ergo neque aqua, neque terræ partes ad terram delatę, niſi à plana ea, vel cõcaua detineantur, deuolui ceſſant vnquam, ſed perpetuo delabantur.* P. ignis, & flammę in craſsiuſculis ac-
2 cenſæ rebus deorſum delabuntur, à craſsitie, cui adhærent, & in qua accenſę ſunt, detractæ, veluti delabentes illas nullus moueri, & operari dixerit, quia à materiæ copia, ac pondere, qua propriam flammarum naturam detractæ ſunt, ſed decidere magis, & pati; ſic terræ partium deſcenſus, nõ motus, & operatio, ſed caſus, & elapſus, & paſsio dici debet.

MARTA. Iſtæ rationes ſunt Thienenſis in quæſt. ſup. 8. Phy. an grauia, & leuia moueant ſe ad loca propria, ad quem poſſem me remittere. Tu autem nota ꝙ aliquod moueri ſtat dupliciter. ſ. eſſentialiter, & accidentaliter, & illud mouetur eſſentialiter ꝙ de potentia eſſentiali, & illud accidentaliter ꝙ de accidentali, ſic duplex eſt motor, & ſimiliter duplex potentia, eſſentialis, quæ ad formam, quæ principium operationis, vt carens habitu ſcientifico dicitur eſſe potentia ad illum, & accidentalis, quę ad habentem formã, eſtq́ue operationis principium, & ſecundùm illam non operantis, ſed motor, qui mouet dando formam, quæ debet eſſe principium operandi, eſt motor de potentia eſſentiali, quæ dicitur naturalis, & nõ eſt in corpore, ex quo aliud corpus dicatur generari, ſed motor, qui illud ꝙ habet eſſentiam, ſeu formam, quæ debet eſſe principium operandi deducit ad actualem operationem, dicitur eſſe de potentia accidentali, & hæc potentia eſt actu in corpore habente principium operandi. P. ſciendum ꝙ aliquod moueri ex ſe, vel à ſe dupliciter capi poteſt, vel communiter, vel propriè: tunc ad punctũ dico ꝙ elementa dum mouentur ad loca ſua propria nõ mouentur propriè, quia omne mobile propriè ex ſe eſt diſcontinuum. i. habens partes diſſimiles, quarum vna eſt actu mouens, altera actu mota, quòd non eſt in elementis, ergo, &c. Probatur minor, quia tales non ſunt partes quantitatiuæ, cùm ſint homogeneæ. i. eiuſdẽ rationis, nec eſſet maior ratio quòd vna eſſet mouens, & altera mota, quàm è contra, tales etiam non ſunt partes qualitatiuę, quia licet forma ſit actu mouens, materia tamen non eſt actu mota, cùm nõ

ſit ens

ſit ens actu, ſed in pura potentia, compoſitum ergo erit motum in actu, ꝙ non eſt pars, ſed totum. Si igitur lapis moueretur ex ſe, contingeret vt eſſet mouens, & motum eodem modo ſecundùm formam, quia non eſt exiſtēs in actu niſi ſecundùm formā, quòd eſt impoſsibile. Ratio confirmans hoc dictum poteſt eſſe iſta, quia illud mouetur ex ſe, quòd ſi incipiat motū, poteſt inchoare, non concurrente particulari extrinſeco, ſed elementa nō poſſunt inchoare motum, quin concurrat extrinſecus motor, vt generans, aut remouens prohibens, &c. P. ſcias quòd dum elementa mouentur ad ſua loca propria, mouentur ex ſe communiter, quia mouentur ſecundùm naturā, & à forma ſubſtantiali intrinſeca, vnde dico quòd elementa non mouentur ex ſe proprie, & quòd mouent ſe per ſe, quia naturaliter, & ab extrinſeco. *Quomodo autem iſte motus quem faciunt grauia non ſit decidere, hoc modo probatur, illud eſt decidere, quòd eſt contra naturalem vſum, vt puta homo naturali vſu rectè graditur, ſi caſu caderet, decideret, ſed terra quā do mouetur deorſum, mouetur naturaliter, vt dictum eſt, ergo non decidit ignis autem ſi huc caderet, decideret quia contra naturam ſuam caderet: id circo quando terra proiicitur ſurſum ab impellēte, dicitur decidere reſpectu terræ, quando autem deſcendit ad proprium locum, dicitur naturaliter moueri. Et ſimilis ratio hoc confirmans poteſt eſſe de motu ignis, nec tu negas eum qui apud nos eſt ſurſum tendere, & ad propriam ire vniuerſitatē, & eius potiſsimum fauillę probant qui motus ſi decidere vocabitur, vtiq; & decidere erit terræ, quando ad propriam ibit vniuerſitatem, ſcilicet deorſum. Quare terra cùm deorſum fertur, nō decidit, ſed mouetur naturaliter.

Cur nō ſit decidere.

TELESIVS. Ex falſo ſuppoſito quòd grauia ſi moueantur, decidunt, cap. 46. volebat ſoluere hoc problema, cur. ſ. grauium ad inferna motus magis aſsiduè concitetur, & d. quòd lapis abſtractus à proprio loco, & à propria vniuerſitate, & propria natura immobilis, exoſus contactum alienorū, & locum alienum ſummæ naturæ vim infert, & ad proprium locum, atque ad cognata delabitur corpora, aſsiduèque velocius, quòd & aliena illa, & ipſum itidem exoſa, pertęſaque motum, aſsiduè illum magis concitat, vt quā celerrimè inter cognata propria gaudeat immobilitate.

MARTA. Mea non intereſt Peripateticos, ſed veritatem tantùm defendere, hic tantùm eius aſsignatam cauſam improbabo, & circa quęſitum ſenſui adhęrebo.* Primum ſuppono quòd datur corpus nobilius inter elementa, & tu non negas: quantò enim aliquod vicinius circumferentię, tantò nobilius: Suppono aliud, probandum infra, quòd elementa habent potentiam naturalē vt vnum fiat ex altero, & ſemper imperfectum optat perfici quando inclinat ad perfectionem: tunc ſic lapis abſtractus à propria vniuerſitate exoſus contactum alienorum, non poteſt inferre vim naturæ, quia exoſus alienorum perfectiorum, quia viciniora ad circumferentiam ad quæ perfectiora habet potentiam naturalem, non poteſt igitur inferre vim naturæ, vt deorſum decidat, quia mauult eſſe in perfectiori loco.* P. cùm po- 2

nis quòd trahitur lapis ad proprium locum, & ad propriam vniuerſitatem, quia defertur vi, ſicut ferrum ad magnetem, non eſt opinio tua, ſed Platonis, dicentis animam ſferę è propinquo capere vehementius, cui videtur aſſentiri Auer. reddentes ex hoc cauſam cur motus naturales ſint velociores in fine, quàm in principio. Et hæc opinio eſt improbata à Thienenſe, ad quem me remitto, & licet rationes principales ad hoc propoſitum fuiſſent reſolutæ à Gandauenſe, tamen ſunt eiuſdem illarum ſolutionũ deſtructiones ſup. 8. Phyſi.
3 * P. quid concitat lapidem vt ad locum ſuum feratur ſi aliena illa loca, & corpora, quæ exoſus eſt, hæc opinio non eſt tua, ſed Peripat. & tu ipſam impugnaſti: quæ enim vi proiiciuntur, nequaquam ab aere ea impellente, ſed ab impreſſa ui deferri videntur: ſatis enim ſit aeri prouideri ne vacuum fiat, & nunquam accurrere vnde receſsit, &c. nec tibi imaginari licet grauiſsima, & minima eadem mole, à ſummè tenui, ſummè cedente, & ſummè exiguo aere, adeò in longum propelli poſſe, & alia, quę dicis: quare quomodolibet vertamus tuam opinionē, ad hæc duo reducemus, vel ꝙ aer eum impellat, vel à virtute propriæ vniuerſitatis trahatur, & vtrũque ſubtiliter ab anteceſſoribus doctoribus eſt impugnatum. Poſſes ad hãc opinionem deuenire, ꝙ ſcilicet principium motus in illo lapide eſſet forma ſubſtantialis, ſua, ſcilicet grauitas, ꝙ penitus aufugis.
Vera ſol. * Ideo aliter dicimus ad quæſitum problema, nec eſt meum inuentum, ſed opinio Pariſienſium dicentium ꝙ à proiiciente imprimitur quædam virtus ipſi proiecto, à quo mouetur ceſſante ipſo proiiciente, quę virtus vocatur ab aliquibus grauitas vel leuitas accidentalis, ſed communiter vocatur impetus, quæ abſente proiiciente propter reſiſtentiam mobilis, & contra inclinationē ſucceſsiuè corrumpitur, & tandē à qualitate mobilis localiter motiua ſimul cum reſiſtentia extrinſeca ſuperatur, & cùm incipit ſuperari, ſiue æquatur, ceſſat motus: Et iuxta hanc poſitionem multæ ſoluuntur ambiguitates, quæ ſecundùm alias opiniones erant inſolubiles, ad quos me remitto. Ex quo ſoluo dubiũ, cur grauium ad inferna motus magis aſsiduè concitetur, quia in continuatione motus naturalis grauis ex propria natura acquiritur ei grauitas accidētalis ſupra grauitatem eſſentialem præexiſtentem motum, reddens velociorem in fine, aut quia verſus finem plus de medio inſequitur corpus motum quàm in principio, ꝙ ipſum propellit, & adiuuat ad motum, & hoc videtur innuere. Auer. 3. cœli com. 28. vbi. d. ꝙ aer inquantùm mouetur cum moto naturaliter & violenter videtur eſſe adiuuans in duobus motibus. Nec poteſt eſſe ꝙ grauia magis in fine moueantur, quia ſunt attracta, quia tunc ſemper mobilia conſimilia cadentia deorſum, & æqualiter ſimiliter diſtantia à terra, æquè velociter mouerentur, quia æqualiter attraherentur à ſuis locis, quod tamen ad experientiam reperitur eſſe falſum, vbi vnum prius fuerit motum deorſum per magnam diſtantiam continuando motum ſuum, reliquum autem de principio incepit moueri, primum enim maiorem percuſſionem faceret quàm ſecundum, ꝙ non eſſet, niſi quia velocius moueretur.

De qua-

De qualitatibus elementorum.

Reliquum eſt ad elementorum qualitates pertractandas pertranſire, & quia ipſarũ duæ ſunt actiuæ, & duæ paſſiuæ, antequàm ad partes iſtius quęſiti deſcendam, oportet terminos declarare, & dicimus ꝙ caliditas, & frigiditas ſunt actiuæ, iſtę enim terminant, copulant, & trãſmutant: antequàm enim ouum ſit aſſatum, vel quoquo pacto eliſſatum, ſi non terminatur manu fluit, ſed ſi in aqua calida, vel in carbonibus ponatur, à calido terminabitur compingente, quæ autem terminantur, habent rationem patiendi. Et aduertas quando Ariſt. dicebat, oportet vt actiua terminent, vnient, aggregent perfectionem in quantitate, loquebatur de miſtis, in quorum miſtione requiruntur plura, etenim calidum habet congregare illa, quæ ſunt eiuſdem generis, & diſgregare quæ non ſunt eiuſdem, frigidum verò congregat quę ſunt diuerſorum generum. Et dico ego ꝙ calidum prima ſua operatione habet vim diſſoluendi, reſoluendi, & euaporandi, ſi verò habet vim indurandi, hoc eſt in fine: Caro. n. in igne poſita, primo emollitur quia calidum habet aperire poros, habet vim molliendi, hoc pacto cal. non poteſt vnire ea quę ſunt diuerſorum generum. Et Gale. 3. de Alim. facult. cap. 11. de adipe & pinguedine. d. adeps à calido condenſatur, & coit, pinguedo verò non, quia eſt fluxibilior, mollior, & humidior, adeps autem intra cutim exiſtens habet eſſe terreſtre potius: nec ſunt eiuſdem ſpeciei adeps, & pinguedo: frigidum verò ęthereogenea vnire habet, & vnit quæ ſunt diuerſæ ſpeciei, quę retinentur ab ipſo. Dices ſunt res diuerſarum ſpecierum, & à calido coadunantur, accipio enim quæ ſunt eiuſdem liquefactionis, vt ceram, & picem, in quæ ignis agat, liquefiunt, & vniuntur, & nunquam diſſoluuntur, nec poſſunt vnquam ita miſceri, niſi ignis opere, calidum igitur in vnum, etiam habet duo compingere. P. aurum, & argentum ſunt diuerſæ ſpeciei, & artifex per ignem ſeparat vnum ab altero licet poſsint ſeparari abſq; igne vt alias pertractabo. P. illa quæ ſunt diuerſarum ſpecierum, & ab vna cauſa liquefactibilia, poſſunt ab vna cauſa vniri, ſed ignis, & aqua poſſunt hæc liquefacere, ergo poſſunt ipſa vnire: calidum igitur vniet diuerſarum ſpecierũ quæ ſunt. Pro ſolutione eſt ſciendum, ꝙ ſeparata dicuntur dupliciter, vel quorũ vnum ſine altero eſſe poteſt, & hæc vera eſt ſeparatio, & competit æthereogeneis, vel quæ cùm ſegregantur, rareſiunt, & in rarefactione diſſoluuntur, & hoc modo dicimus aurum ſeparari ab argento ab igne per liquefactionem, vel rarefactionem, & ſic vnumquodque tendit ad locum ſuum: tunc dicimus, quando ignis, &c. non eſt verè ignis, quia ignis eſt congregare, erit autem vel liquefactio, vel fluxio, quæ diuidit aurum ab argento, & in hac operatione oportet vt ignis operetur fundendo liquefactionem, & ſic ab ipſo, mediante fluxione: reſponſio eſt Io. 2. de gene. t. 8. & dat rationem ꝙ ignis non poteſt ſeparare ceram à pice, nam illa, quę habent eandem ſpetiem, vel eundem modum fluxionis, & liquefactionis non poſſunt diſſolui, non

Qualit. actiuæ.

Dub.

Sol.

proue-

prouenit ab igne, ſi igitur aliqua habet vnire, hoc facit inquantùm fluxilia. Alio pacto ſoluit ibidem ꝙ Ariſto. vult ꝙ ignis habet congregare illa quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, & temperamenti, eiuſdemque operationis, quæ proueniunt ab elementis, vt mollities, durities, liquefactio, & omnia liquefactibilia ſunt eiuſdem ſpeciei quò ad liquefactionem, & ſic aurum, & argentum vniuntur, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei. ſ. quò ad fluxionem, tamen ſunt diuerſæ temperiei. Iſtæ ſunt qualitates actiuæ. Paſsiuæ verò ſunt ſiccum, & humidum, quæ patiuntur copulationẽ, ideo dicuntur terminata, ſiquidem humidum terminatur facilè termino alieno, ſiccum verò contra. Humidum autem terminatur vel à calido, vel à frigido, quia humidi partes ſunt fluxibiles, & poſſunt accipere terminum à quocunque, vt ſi aqua ponatur in vaſe quadrangulari, accipit illius formam, & ſic poteſt accipere quamcunque aliam, & hoc quia partes ſunt fluxiles, quia poſſunt exquiſitam partem con tinẽtis accipere. Siccum terminatur termino ſuo, difficulter alieno ſi enim pillulæ ponuntur in vaſe, remanet ſpatium inter illas. Sed aliquis dubitabit de cinere, qui facilè terminum ſumit. Reſpondet Io. 2. de gener. com. 9. ꝙ ſua natura ipſe terminatur termino ſuo, vt ſi ſit congeries arenæ, & quando hæ partes ſunt reductę ad figuram propriam, ſubſiſtunt: vt ſi accipiatur acimus arenæ, ſubſiſtit: & aqua non terminatur termino ſuo. Hoc pacto ad arg. de flamma. d. ꝙ licet accipiat formam continentis, tamen quęrit exitũ, habet ſuam conſiſtentiam. Ideo dixere ſubtiles omnia conſiderari dupliciter, vel in vniuerſali, & ſic omnia terminantur termino alieno, vel in particulari, & ſic non omnia, &c. Et nota ꝙ non ſolùm iſtæ qualitates paſsiuæ de per ſe recipiunt iſtas operationes ab actiuis, ſed etiã corpora in quibus fundantur ipſæ. Dicet aliquis ſiccum terminatur termino ſuo, poteſt ne humectari ab humido? Dicimus ꝙ non, quia humectatur à calido, & frigido, paſſiuis enim omnis actio prouenit ab actiuis. * Declaratis terminis, ſupereſt videre an qualitatum duæ ſint actiuę, & duę paſsiuæ, poſtea videbimus an calor poſsit vniri ſiccitati, & frigus humiditati pro confuſione calabrorum, quò igitur ad primum. Arguitur ꝙ non. Nam in naturali philoſophia repertum eſt ꝙ illa conditio, quę habet rationem agendi, debet poni in ratione formę, quia ratio agendi eſt ratio formalis, vnde arguatur, quę habent rationem actiui, habent rationem formę, ſed humidum, & ſiccum habent rationem agendi, ergo habent rationem formę. P. volo ꝙ terra agat in aquam, ipſam deſtruet, quęro quo principio agit, illorum quę agunt, vnum debet habere rõnẽ agendi, reliquũ patiẽdi, & primũ eſt fortius & formalius, ſi igitur terra agit in aquam, non agit frigido, ſed ſicco, ergo habet rationem agendi. P. ſi ex aqua ſit aer, aſcendunt vapores, frigeſiunt, in tantùm ꝙ fiunt nubes, aer non aget calido, quia non eſt eius forma, ergo humido, quare ipſum erit ratio, & forma agendi. * Ad hanc quęſtionem ſunt plures modi dicendi, quorum primus eſt quòd calidum, & frigidũ ſunt ſolùm actiua, quia multum agunt, & producunt omnia opera naturę. ſ. concoctionem, cruditiem,

Qual. paſſiuæ. An qual. 2. ſint actiu. & 2 paſſ. 1. Sol.

mollitiem,

mollitiem,& duritiem,&c.& non poteſt ſiccum eſiccare,niſi mediante calido,imò nec frigidum indurare,niſi calido,nec humidum humectare,niſi mediante ipſo,aperiendo poros, quia extrahitur ab intra, ad extra humiditas per calorem,& minus etiam reſiſtit,idcirco non dicuntur qualitates paſſiuę:& caliditas ignis ſtatim extinguitur ab aqua,nec reſiſtit,humidum vero,& ſiccum ſunt qualitates paſsiuę,quia non agunt,non producunt ſua opera,& reſiſtunt:terminatur aqua,accipit conſiſtentiam ab humido,& frigido, quis enim ſiccitatem ſpongię humectare dicet:dicunt ergo communiter quòd elementa actiua ſunt quę agunt,& minus reſiſtunt. *Hęc reſpóſio non eſt Peripatetica. Vellem ſcire maior, & minor reſiſtentia à quo prouenit,quando vinum reſiſtit aquę,nō ſapit naturam aquę,hoc prouenit ab actiuitate, quia magis agit, reſiſtit: actiua ergo ſunt quę ſunt in dominio,& reſiſtentia prouenit ab actiuitate,ſi elementa dicuntur actiua quia reſiſtunt,& humiditas poteſt omnem terminum alienum accipere, & minus reſiſtit inter omnes qualitates. *Io.2.de gen.d.ꝙ elementa poſſunt conſiderari dupliciter,vel vt adinuicem comparantur,vel vt producunt has operationes circa miſta,ideo Ariſt.4.Meteor.ignis emollit,inſpiſſat, frigidum humectat, quę vocantur opera elementorum circa miſta, ſi conſiderantur vt adinuicem comparantur, vt agunt circa ſe,reſpectu eorum, vt terra poteſt agere in aquam, ꝙ minimum terrę fiat aqua, & ſiccitas terrę agit in frigid.aquæ,quando ſtellę cadentes recipiuntur in aere,tunc accenditur ignis, hoc modo duo actiua,& duo paſsiua,& humidum aquę agit in terram:dicuntur actiua,quando magis ſunt in dominio, & paſsiua quando magis patiuntur reſpectu miſti.Hęc opinio eſt Gale.1.de temp.& lib.de natural. facult.d.cùm in lib.de gen.& cor.quatuor vtatur qualitatibus, & in lib.Meteor.in animalibus,& ſtirpibus calidum,& frigidum magis agere,ſi autem pati modo in omnibus,vt comparantur adinuicem nō omnia actiua, quòd nec concedet Ariſt.nec Hypp.* Hæc opinio eſt communior & habet contrarietatem,nam elementa,vt elementa ſunt,aut omnia ſunt actiua,aut duo actiua, & duo paſsiua, ſi diceres omnia actiua,non agerent, nec paterentur adinuicem,quòd eſt falſum,nam vnicuique agenti correſpondet paſſio, & è contra: elementa autem oportet vt omnia agant,& patiantur adinuicem: & ſi dicis, ſi agunt, & patiuntur non eſt reſpectu miſti, nam nos loquimur de operibus elementorum, quę remanent:cui enim dubium ꝙ ſi humiditas aquæ aget in aerem,quòd ſit corruptio, & generatio, & Ariſt.dixit 4.Meteor.3.tam ſecūdum ſe,quàm reſpectu omnium ſemper duo actiua,& duo paſsiua.* Ego poſſem tenere ꝙ qualitatum duæ ſunt actiuæ,& duæ paſſiuę abſolutè,tam inter ſe,quàm reſpectu miſti,quia Ariſt.ſic loquitur 2.de ge. t.8.& d.actiua ſunt quæ congregant,&c.nam agere denotat vnire,circumſcribere,dare eſſe,namque elementum actiuum dat eſſe,ſiquidem calido viuimus,humido indigemus ad comprimendum,imò dicebat Ariſt. contrarium naturæ eſt calidum humidum,& ſiccum,accipiūt enim terminum ab

Confutat.

2.Sol.

Quid de hac Sol.

3.Sol.

alio,

alio, cõparando ipſa tam reſpectu miſti, quàm inter ſe, & ſic reſpectu vtroque duo ſunt actiua, & duo paſsiua. Dices humidum agit humiditatem, & ſiccum ſiccitatem, ergo actiua ſunt. Dico hoc eſſe pati, non enim valet dicere materia agit priuationem, ergo materia eſt actiua. Nec de anima ꝗ intelligat, ergo patitur, & ſi iſta patiuntur quia alieno terminantur termino, ſin autem producunt operationes eſt per pati. Si dices ꝗ agit humidum aeris in ignem. Dico ꝗ agit deſtruendo, & non eſt actiuum, facit enim vt ignis nõ terminetur. P. Dico qualitatum primarum duplices eſſe operationes, alias primas, & proprias magis, vt calidi calefacere, & frigidi frigefacere, humidi humectare, & ſicci eſiccare: alias poſteriores, & minus proprias, vt terminare, & congregare, & id genus alia, quæ enumerauit Ariſt. & actio, & paſsio deſumenda eſt à poſterioribus operationibus, non à prioribus, & ideo poteſt adhuc dici quòd aliæ ſunt abſolutè actiuę, aliæ abſolutè paſsiuæ, & omnes ſimul actiuæ, & paſsiuæ.* Reliquum eſt videre quæ actiuarum ſit magis actiua, & quæ paſsiuarum magis paſsiua. Omnes confitentur quòd calidum de actiuis ſit actiuius, quia habet rationem magis agendi, quia magis terminat quia eſt proprie principium magis actiuum, in omni enim genere datur vnum quòd penes acceſſum, & receſſum menſuratur dicunt iſti, ſed ignis eſt propinquior cœlo, ergo actiuior, & terra quia magis diſtat, minus eſt actiua, imò dicitur fex elementorum. Ariſt. autem actiones elementorum non menſurauit ex diſtantia, vel propinquitate ad cœlum. Alij dixere ꝗ calidum eſt magis actiuum, quia habet plura opera producere. ſ. terminare, copulare ea quæ ſunt eiuſdem, & diuerſi generis frigidum verò non diſgregat, habet tantùm congregare ętheroogenea, & Ariſt. 2. de gen. an. cap. 4. dicebat ſicut calidum habet vim diſgregandi, ſic frigidum, nam quę denſantur à calido, à frigido diſgregantur, vt patet in ſale, & vitro, & in his, quæ habent naturam aquæ, quę verò habent naturam terræ non à calido, nec à frigido poſſunt congregari. Io. ſup. 2. de gen. t. 8. d. quòd calidum eſt principium magis actiuum, quia formam inducit, & perfectionem: Dat aliam cauſam Gale. 2. de natural. facult. & d. actiuius eſt calidum, quia habet maiorẽ vim agendi, quia dat conſiſtentiam, figuram ſpeciem ipſi rei, frigidum verò tantùm eſt neceſſarium in naturæ operibus, vt condenſet calidum, vaſa enim apud figulos non accipiunt perfectionem niſi à calido, à frigido verò habẽt ſubſtentari. Ego dicerem vt Ariſt. 2. de part. cap. 7. ꝗ cerebrum inter partes noſtri corporis eſt frigidiſsimum, & natura fecit ipſum vt poſsit contemperare naturam cordis, quia calido natura vtitur ad plura officia miniſtranda ſcilicet ad gen. aug. nutritionem, ad conuerſionem cibi in ſubſtantiam aliti, & frigidum non concurrit ad tot opera naturæ, ideo eſt actiuius calidum, ideoque antiquiores dixerunt animam eſſe ignem, quia calido viuimus, frigido morimur, & Ariſto. 2. de anima 40. & 41. d. calidum ſe habet vt concauſa omnium naturæ operum, & lib. de ſpiritu. d. eſt enim calidum inſtrumentum naturæ ad omnia opera ſubeunda, eſt enim participatio calidi vita·

quę actiuarum plus actiua & paſſ. plus paſſiua.

eius manſio d. in lib. de reſpirat. & in 3. part. probl. quòd propter hoc ignis eſt inter elementa actiuius, quia omnia conuertit ad ſe, nec frigidum id facit, quare calidum magis actiuum eſt frigido. Hoc etiam dixit Gale. quia ſecit dubium 3. de ſimpl. med. facult. quæ differentia eſt inter venenum calidum, & frigidum, & d. nullum venenum vi frigida præditum interficit ſua qualitate, ſed quantitate, calidum verò qualitate, hinc adducit opinionē de puella, quæ nappello nutriebatur. * Dices inter paſsiuas quę ſit magis paſſiua? Olymp. d. ꝙ duplici cauſa qualitas humida eſt magis paſsiua, primo quia eſt facillimè omni termino terminabilis, & non retinet, quia receſſo termino eccedit, fluit, & aqua eſſe poteſt, & omnē terminum recipere, & non retinet. Et ſiccitas retinet, nam memoria fit retentione ſicci, tamē non eſt ita paſsiua. Et Ariſt. declarauit ꝙ materia prima eſt paſsiua, quia recipit omnes formas, dat exemplum ꝙ humidum ſit paſsiuius, quòd eſt magis corpulentum, & craſſum, ſequitur naturam materiæ. Secundo quia vnionem, perfectionem, & conſiſtentiam habet ab aliquo, ſolùm verò ſiccum habet à ſe non ab alio alteratur, ſicut humidum. Et Gale. 2. de compoſit. medica ſecundùm locos cap. 1. d. vehementiſsimi dolores excitantur à calido, & à frigido, moderati autem à ſicco, nullus autem ab humido, & nulli operum naturę eſt vſus 3. de ſympto. cauſis cap. 3. & Ariſt. 2. de anim. 130. d. ꝙ omnis ſenſatio efficitur à calido, & quādo ſenſus ſunt humectati, ipſa non fit, & 3. part. Apho. 15. Gale. d. maximam temperiem obnoxiam eſſe humidā: ſiccum enim plus reſiſtit putredini, & 7. Metho. medi. cap. 5. alterationes ſunt à calido, & à frigido, à ſicco verò nulla, & tēperies humida facilius ſanatur, quia poteſt eſiccari, & eſiccata difficilius, quia non poteſt humectari, nec curari, quia humidum eſt magis paſsiuum, dat rationem, qui enim laborant ſiccitate nimia, non poſſunt retinere cibum, quia indigent reſtauratione, & exiſtente tanta ſiccitate non poteſt fieri glutinium, quod mediante humido efficitur, hinc in ſenio in maraſmo quādo aduenit fluor, eſt mortalis, quia ſiccitas cingit, et eſt deperdita omnis humiditas quare omnino difficillimæ curationis eſt temperies ſicca, facillimæ humida. Hinc non poſſum non mirari dicentes ꝙ ſi comparētur qualitates iſtæ reſpectu miſti, humiditas eſt magis paſsiua, ſi inter ſe qualitas paſsiua ſiccitas, & dant rationē, quia facilius pumex humectaturaqu, a ab quàm hæc eſiccetur à pumice. Neſcio quomodo hoc dicant, comparāt enim pumicem, quæ eſt miſtum quoddam ad elementum ſimplex. Dico ego ꝙ tanto tempore, dum pumex eſt propè aquam, poteſt ab ipſa corrumpi, quia eſt compoſitum quoddam, comparatio igitur inter diuerſa eſt, quæ debet eſſe inter ſimilia. Iſtæ ſunt igitur qualitates actiuæ, & paſsiuæ, & hæ magis actiuæ, & hę magis paſſiuæ.

Quę ſit magis paſſiua.

TELESIVS. 2. lib. cap. 19. volebat improbare illud Ariſt. ꝙ dentur calida ſicca, & frigida humida. Primo quęcunque exuperat calor tenuia facit, & in vapores, fumumque inuertit, liquefacit ſaltem, & emollit, quę humoris propria eſſe, etiam Ariſt. 2. cœli t. 10. videtur frigus contra quæcunque 1

occupat, compingit, duratque & craſſa facit, quę & ipſa omnia ſiccitatis pro
2 pria, & veluti ſiccitatis ſpecies, aut gradus Ariſt. videntur.* P. aqua humidiſsima, & maximè diffluens, & vapores humidiores aqua, & aer tenuior vaporibus craſſeſcit, & denſatur, & compingitur à frigore, ferrum autem, & ſolidiſsima quæque à calore liquefiunt, & in tenuiſsimos vapores ſoluun-
3 tur.* P. Ariſt. 4. Meteor. 5. & 6. d. quæcunque eſiccantur vel calefacta eſiccantur, vel frigefacta, at ſiue hoc, ſiue illo fiat modo, à calore omninò eſiccantur omnia, vel extremo humiditatem eliciente, vel interno à frigore eiecto, extruſoque humiditatem eliciente. cap. 8. d. quare quibus humiditas multa, calor ineſt exiguus, cuiuſmodi aqua eſt, & quæ aquea ſunt non penitus Ariſt. eſiccantur, ſed concreſcunt tantùm, quòd non abſolutum, ſed eſiccari quoddam eſt quia. ſ. non vniuerſam humiditatem educere poteſt elabens calor, at caloris propria humiditas, & ſine calore eſſe impotens, calore ſpoliata non remanet amplius humiditas, nec cedens, nec fluens amplius,
4 amplius accedit, & fluit, & iterum fit calore rurſus indito.* P. 2. de gen. an. cap. 3. d. quæ ad terram, & ad aquam attinent, ſed magis ad terram, ſi ex eo quòd calor exierit concreta ſunt calore vbi rurſus aduenerit liquantur, veluti lutus cùm gelu aſtrictus eſt, nuſquam igitur vbi calor non adeſt, poteſt eſſe humiditas Ariſt. videtur, & ibi nulla eſſe penitus vbi nullus adeſt calor.

MARTA. Rationes iſtæ probant quòd dentur calida humida, ſed minimè negant dari calida ſicca, ꝙ erat ſuum probare, itidem probant dari frigida ſicca, nequaquam humida, nec nos infeſtant. Quòd autem dentur calida ſicca, & frigida humida probatur, & Primo, illa quę nō ſunt contraria poſſunt vniri, ſed nec calidum, & ſiccum, nec frigidum, & humidum ſunt contraria, ergo poſſunt vniri, & inſimul eſſe, pro vt bene Alex. ad id dedit quãplures rationes, minor probata eſt ſupra de igne, & aqua impoſsibile enim eſt eſſe aliter: iſtæ autem combinationes non ſolùm in elementis clarę ſunt ſed etiam in multis rebus compoſitis, Aula enim eſt frigida, & humida, & cinis eſt calidus, & ſiccus. P. multa medicamenta ſunt calida, & ſicca, & frigida, & humida, & aliquando miſcentur, & temperantur habito reſpectu ad
Sol. ad 1. complexiones, & ad grauitiem morbi. * Prima eius ratio vnum ſumit falſum, & à ſenſu alienum, ꝙ ſcilicet calor humectet, hoc enim facit, vt ad priſtinam ducat ſuam naturam & cum operatio denominetur à fine, à ſiccitate caloris denominabitur, ſi enim vrit eſiccat, et ſi humectat ligna, hoc eſt ratione materiæ: actio enim omnis præſupponit materiam diſponi, & quia calor vult introducere ſiccitatem in ligno, oportet vt ipſum diſponat, eſiccando, idem eſt enim agens, diſponens materiam, & inducens formã. Contra hoc calabri inſtabant, quia ſi calor videtur ſiccus eò ꝙ eſiccat, tunc omnia eſiccaret, & non tantùm illa quæ exuperat. Et ego reſpondeo ꝙ ſemper agēs debet eſſe fortius paſſo, aliter non poſſet agere, ideo pugillus ignis non poteſt eſiccare flumen, ſumantur verò res proportionatæ in agere, & pati,
Ad 2. & videbimus calorem omnia eſiccare.* Ad aliam quomodo frigus indurat, di-

ſit, dictum eſt ſupra & quomodo aqua denſatur non ſolùm frigore, ſed calore: P. illa quæ ſunt humidiſsima, & maximè fluentia non tantùm frigore craſſeſcunt, ſed etiam calore, ſenſu enim videmus calore tabeſcente, oleum craſſeſcere, quòd neque à frigido gelatur, neque à calido coagulatur, nam quæ gelantur, & coagulantur, humidum aqueum debent habere, non pingue, neque viſcoſum, oleum autem non habet humidum aqueum, ſed aereum, quòd itidē pingue eſt, & viſcoſum. P. multæ ſunt res, quæ calido craſſeſcunt, quas inducere eſſet coquinam vertere. * Ad aliā primo dicimus, quod calaber non bene allegauit Ariſt. vt cùm ipſe viſus fuerit intelligeretur. Eſt ergo textus 33.4. Meteor. poſſunt etiam infiniti textus ipſius adducere, ſed Ariſt. dicta in eam ſententiam ſunt accipienda, vt calor eſiccet per euaporationem partis humidæ aquę factam vi ſolis, parique ratione humefaciat per colliquationem partis aquę coagulatæ prius, ſic frigus quoque eſiccat, & humectat, non quòd humiditatem per ſe, aut ſiccitatem generet, ſed quòd vel vaporem in aquam cogit, aut calorem fugat, & exprimit, quem propria humiditas inſequitur, veluti materia formam, & ſic eodem modo euaporat, ſic igitur calor & frigus per accidēs humefaciunt, & eſiccant. Vt ſic autem calidum, & frigidum non ſunt primę qualitates, ſed inquantùm humidum, & ſiccum primæ vocantur. Ad 3. & 4.

De generatione Elementorum Adinuicem.

ELemēta eſſe æterna eſt impoſsibile, manifeſtè enim quilibet oculis propriis poteſt videre aquam, & ignem, & alia elementa reſolui, & corrūpi, iſta igitur reſolutio vel eſt infinita, vel finita, & terminata, ſi eſt infinita, tempus illius erit infinitum, & æternum, ſed ſi tempus reſolutionis erit infinitum, & tempus generationis quoque ſic debere eſſe patet, quandoquidem tempus generationis, & cōpoſitionis eſt ęquale tempori reſolutionis, & corruptionis aut maius, laborioſior eſt enim compoſitio, quàm reſolutio, & quia ex diſſolutione oritur compoſitio, ſequitur quòd ex infinito tempore diſſolutionis oriatur infinitum tempus compoſitionis, hoc autem eſt impoſſibile, vnum enim tempus infinitum reperitur quòd in ſe complectitur omnia tempora, ſi igitur talis diſſolutio non eſt infinita, ſed finita, vel corpus in quo ipſa erit, indiuiſibile, & incorruptibile erit quòd nunquam diuidetur, & corrumpetur, & hoc non poteſt eſſe, nec poteſt ſtare in corpore diuiſibili quòd nunquam corrumpatur, quia videmus in omnibus rebus vnius naturæ quòd minor corrumpitur facilius maiore, minoris enim eſt virtutis, & fragilior, ſed ſi maior eſt corruptibilis, ita quòd in aliquo tempore corrumpatur, conuenientius eſt quòd minor corrumpatur magis, & in minori tempore, & licet non ſit corrupta à contrario ſecundùm formam, corrumpetur tamen ab eccellentiori, quia videmus his modis ignem, & alia elementa corrumpi, & aliquando videmus corrumpi illa à contrario maioris virtutis, ſi-

occupat, compingit, duratque & craſſa facit, quę & ipſa omnia ſiccitatis pro
2 pria, & veluti ſiccitatis ſpecies, aut gradus Ariſt. videntur.* P. aqua humidiſsima, & maximè diffluens, & vapores humidiores aqua, & aer tenuior vaporibus craſſeſcit, & denſatur, & compingitur à frigore, ferrum autem, & ſolidiſsima quæque à calore liquefiunt, & in tenuiſsimos vapores ſoluun-
3 tur.* P. Ariſt. 4. Meteor. 5. & 6. d. quæcunque eſiccantur vel calefacta eſiccantur, vel frigefacta, at ſiue hoc, ſiue illo fiat modo, à calore omninò eſiccantur omnia, vel extremo humiditatem eliciente, vel interno à frigore eiecto, extruſoque humiditatem eliciente. cap. 8. d. quare quibus humiditas multa, calor ineſt exiguus, cuiuſmodi aqua eſt, & quæ aquea ſunt non penitus Ariſt. eſiccantur, ſed concreſcunt tantùm, quòd non abſolutum, ſed eſiccari quoddam eſt quia. ſ. non vniuerſam humiditatem educere poteſt elabens calor, at caloris propria humiditas, & ſine calore eſſe impotens, calore ſpoliata non remanet amplius humiditas, nec cedens, nec fluens amplius,
4 amplius accedit, & fluit, & iterum fit calore rurſus indito.* P. 2. de gen. an. cap. 3. d. quæ ad terram, & ad aquam attinent, ſed magis ad terram, ſi ex eo quòd calor exierit concreta ſunt calore vbi rurſus aduenerit liquantur, veluti lutus cùm gelu aſtrictus eſt, nuſquam igitur vbi calor non adeſt, poteſt eſſe humiditas Ariſt. videtur, & ibi nulla eſſe penitus vbi nullus adeſt calor.

MARTA. Rationes iſtæ probant quòd dentur calida humida, ſed minimè negant dari calida ſicca, ꝙ erat ſuum probare, itidem probant dari frigida ſicca, nequaquam humida, nec nos infeſtant. Quòd autem dentur calida ſicca, & frigida humida probatur, & Primo, illa quę nõ ſunt contraria poſſunt vniri, ſed nec calidum, & ſiccum, nec frigidum, & humidum ſunt contraria, ergo poſſunt vniri, & inſimul eſſe, pro vt bene Alex. ad id dedit quãplures rationes, minor probata eſt ſupra de igne, & aqua impoſsibile enim eſt eſſe aliter: iſtæ autem combinationes non ſolùm in elementis clarę ſunt ſed etiam in multis rebus compoſitis, Aula enim eſt frigida, & humida, & cinis eſt calidus, & ſiccus. P. multa medicamenta ſunt calida, & ſicca, & frigida, & humida, & aliquando miſcentur, & temperantur habito reſpectu ad
Sol. ad 1. complexiones, & ad grauitiem morbi. * Prima eius ratio vnum ſumit falſum, & à ſenſu alienum, ꝙ ſcilicet calor humectet, hoc enim facit, vt ad priſtinam ducat ſuam naturam & cum operatio denominetur à fine, à ſiccitate caloris denominabitur, ſi enim vrit eſiccat, et ſi humectat ligna, hoc eſt ratione materi æ: actio enim omnis præſupponit materiam diſponi, & quia calor vult introducere ſiccitatem in ligno, oportet vt ipſum diſponat, eliciendo, idem eſt enim agens, diſponens materiam, & inducens formã. Contra hoc calabri inſtabant, quia ſi calor videtur ſiccus eò ꝙ eſiccat, tunc om
1 nia eſiccaret, & non tantùm illa quæ exuperat. Et ego reſpondeo ꝙ ſemper agẽs debet eſſe fortius paſſo, aliter non poſſet agere, ideo pugillus ignis non poteſt eſiccare flumen, ſumantur verò res proportionatæ in agere, & pati,
Ad 2. & videbimus calorem omnia eſiccare.* Ad aliam quomodo frigus indurat, di-

ſeat,dictum eſt ſupra & quomodo aqua denſatur non ſolùm frigore,ſed calore: P.illa quæ ſunt humidiſsima, & maximè fluentia non tantùm frigore craſſeſcunt,ſed etiam calore,ſenſu enim videmus calore tabeſcente,oleum craſſeſcere, quòd neque à frigido gelatur, neque à calido coagulatur, nam quæ gelantur,& coagulantur, humidum aqueum debent habere, non pingue, neque viſcoſum, oleum autem non habet humidum aqueum, ſed aereum,quòd itidē pingue eſt,& viſcoſum.P.multæ ſunt res,quæ calido craſſeſcunt,quas inducere eſſet coquinam vertere. * Ad aliā primo dicimus, q calaber non bene allegauit Ariſt. vt tùm ipſe viſus fuerit intelligeretur. Eſt ergo textus 3 3.4.Meteor.poſſunt etiam infiniti textus ipſius adducere, ſed Ariſt.dicta in eam ſententiam ſunt accipienda,vt calor eſiccet per euaporationem partis humidæ aquę factam vi ſolis,parique ratione humefaciat per colliquationem partis aquę coagulatæ prius,ſic frigus quoque eſiccat,& humectat,non quòd humiditatem per ſe,aut ſiccitatem generet,ſed quòd vel vaporem in aquam cogit,aut calorem fugat,& exprimit,quem propria humiditas inſequitur, veluti materia formam, & ſic eodem modo euaporat, ſic igitur calor & frigus per accidēs humefaciunt,& eſiccant. Vt ſic autem calidum,& frigidum non ſunt primę qualitates,ſed inquantùm humidum, & ſiccum primæ vocantur. Ad 3. & 4.

De generatione Elementorum Adinuicem.

ELemēta eſſe æterna eſt impoſsibile,manifeſtè enim quilibet oculis popriis poteſt videre aquam,& ignem,& alia elementa reſolui,& corrūpi,iſta igitur reſolutio vel eſt infinita,vel finita, & terminata, ſi eſt infinita, tempus illius erit infinitum,& æternum, ſed ſi tempus reſolutionis erit infinitum,&tempus generationis quoque ſic debere eſſe patet,quandoquidem tempus generationis,& cōpoſitionis eſt ęquale tempori reſolutionis,& corruptionis aut maius, laborioſior eſt enim compoſitio, quàm reſolutio, & quia ex diſſolutione oritur compoſitio, ſequitur quòd ex infinito tempore diſſolutionis oriatur infinitum tempus compoſitionis,hoc autem eſt impoſſibile,vnum enim tempus infinitum reperitur quòd in ſe complectitur omnia tempora,ſi igitur talis diſſolutio non eſt infinita,ſed finita, vel corpus in quo ipſa erit, indiuiſibile, & incorruptibile erit quòd nunquam diuidetur, & corrumpetur,& hoc non poteſt eſſe,nec poteſt ſtare in corpore diuiſibili quòd nunquam corrumpatur,quia videmus in omnibus rebus vnius naturæ quòd minor corrumpitur facilius maiore,minoris enim eſt virtutis,& fragilior, ſed ſi maior eſt corruptibilis,ità quòd in aliquo tempore corrumpatur,conuenientius eſt quòd minor corrumpatur magis,& in minori tempore,& licet non ſit corrupta à contrario ſecundùm formam, corrumpetur tamen ab eccellentiori,quia videmus his modis ignem, & alia elementa corrumpi,& aliquando videmus corrumpi illa à contrario maioris virtutis, ſi-

cut quando ignis detruditur, aut corrumpitur à ſe ex defectu materiæ, & alimenti. & adhunc modū minus corrūpitur à maiori, ſicut flamma parua, & magna, & quantò minor, tātò citius corrūpetur, maior. n. ipſam conſumet, & ſuum alimentum in paruo tempore. Quamobrem elementa corruptibilia ponimus, & ſic oportet ꝙ ſint genita aut ex rebus corporeis, aut incorporeis: ſi ex corporibus, cùm non poſsint generari à ſeipſis, quia ſic eſſent antequàm eſſent, neceſſario generabuntur aut ex alijs corporibus diuerſis, aut à ſe ſeipſis, adinuicem ſe miſcendo: dicendo. n. quæ generarentur ex rebus incorporeis, ſequeretur dari vacuum ſeparatum, quia omne id ꝙ fit, de neceſsitate eſt alicubi, neceſſe eſt igitur locum, in quo eſt illud corpus clauſum, nūc genitum ſit primo ſine corpore, aut aliquod cōtineat corpus, ꝙ ſi contineat, duo corpora eſſent in eodem loco, ꝙ ſcilicet generatur, & ꝙ ibi erat prius, ꝙ impoſſibile, non. n. poteſt dici ꝙ prius ibi exiſtebat corpus genito cedere. tunc enim in eodem inſtanti cederet ꝙ, eſt impoſſibile, quia ceſsio non fit, niſi in motu locali, qui non poteſt eſſe in inſtanti, ſed ſi erit ſine corpore, & poſtea recipiet corpus, neceſſe eſſet dari vacuum ſeparatum: illud autem vocatur vacuum ꝙ priuatur corpore ſenſibili, & eſt aptum ad ipſum recipiendum, ꝙ non poſsibile eſt eſſe. ſed ſi talia elementa generabuntur ab alio diuerſo, cùm tale corpus fuerit prius ante ipſa, dabitur prius elementum, ꝙ eſt incōueniens: & ſi tale corpus eſſet graue, vel leue, eſſet vnum de elementis, & ſi non haberet grauitatem, vel leuitatē, eſſet immobile, & ſic non erit in aliquo loco naturali, quia ſi quieſceret in aliquo loco, moueretur ad ipſum, & ſi quieſceret ui, moueretur eò vi, ſed ſic vbi erit, elementū erit, ſiue nullibi erit, ex eo nil generabitur, neceſſe eſt enim ꝙ generatur, & id ex quo id generatur inſimul reperiri, Cauſa enim in actu eſt effectus in actu quare elementa non generātur ex re incorporea nec ex alio corpore priore ipſis, nec aliquod poteſt generare ſemet: neceſſe eſt igitur ꝙ ipſa generentur adinuicem, ſe ſimul alterum miſcendo cū altero, ꝙ clare videmus noſtris oculis, quia cùm hoc modo videamus in ipſis corruptionem, & alterationem, eorum generationem quoque nos videre neceſſarium eſt. Conſiderandum eſt igitur primum an poſsit quodlibet ex ſeipſis generari adinuicem, & tranſmutari, ꝙ cùm clarè pateat, id ex qualitatibus contrarijs adinuicem cauſari aſſerendum eſt, & quia aliqua elementa contrariantur vna qualitate, aliqua duabus hinc accidit ꝙ inter elementa aliqua ſunt magis contraria, & aliqua minus, in omnibus tamen eſt contrarietas adinuicem, ideo omnia generantur adinuicem, Iſtorum autem generationes in hoc differūt quia aliquæ ſunt difficiliores, aliquæ verò facilio res, & generatio eorum, quæ in aliqua ſimilantur qualitate, facilis vocatur, quorum verò in ambabus difficilis, & ratiò eſt, quia facilius tranſmutatur vna qualitas, quàm multæ, & ideo facilior erit tranſmutatio ignis in aerem, in qua mutatur vna ſolùm qualitas, ſi enim aeris humiditas dominabitur ignis fiet, idemque erit de aere, ſi velit conuerti in aquam, ſi frigus dominabitur,

bitur, aqua fiet, & aqua fiet terra ſi ſiccum vincet, & terra ignis ſi rurſus frigus vincetur à calore: manifeſtè igitur claret hanc adinuicem elementorum generationem eſſe facilem, & priſtinam, ſed ſi ex aqua generabitur ignis, & ex terra aer, vel è contra, diſſicilis erit, & generatio tarda, cùm ambæ debeāt qualitates tranſmutari, in prima enim debet corrumpi frigiditas, & humiditas, & debet caliditas, & ſiccitas dominari, pari paſſu ſi ex terra aer debet fieri, debent acquiri humiditas, & caliditas, ſuperatis frigiditate, & terræ ſiccitate. Eſt vlterius ſciendum, quod ex duobus elementis poteſt conſtitui, & generari tertium, ex terra enim & aere, quæ adinuicem in ambabus contrariantur poteſt ignis generari, vel aqua, vt ſi frigiditas terræ ſumatur, & humiditas aeris iungantur, aquam conſtituent, ſic terræ ſiccitas, & aeris caliditas ignem. quod patet, quia nil aliud eſt ignis, quàm flamma ardens, & hæc fumus ardens, & hic generatur ex terra, & aere, quia vapores terræ miſti cùm aere faciunt fumum, cùm igitur ex fumo generetur flamma, talis generatio fiet ex aere, & terra. Et quoties frigiditas aquæ, & ſiccitas ignis corrumpitur, generatur aer, quia reſtat de igne calidum, & de aqua humidum, & quādo calidum ignis, & humidum aquæ corrumperentur, tunc generaretur ex illis terra. Ex illis verò, quæ ſimbolum qualitatum habent, ſimul iunctis nō poteſt aliquod tertium generari, quia cùm in aliquo illorum vna diſsimilis corrumpatur qualitas, altera ſimilis remanebit, ex qua vnum elemētum nequit generari, cùm nullum vna tantum gaudeat abſoluta qualitate: ſed ſi in igne, & aere caliditas corrumpetur, nec hoc modo poteſt aliquod tertiū generari, quia remanent duæ qualitates cōtrariæ ſcilicet ſiccitas, & humiditas, quorum impoſsibilis eſt combinatio, ſimiliter eueniet in alijs. Ex quo patet quādo ex vno ſolo elemento generatur aliud, fieri corruptione vnius tantùm qualitatis, ſed quando ex duobus alterum, corruptione duarum, & nūquam ex duobus poſſe generari tertium, niſi illa contrarientur in ambabus: ſic igitur elementa adinuicem generantur.

TELESIVS 2. lib. cap. 28. volebat probare ex inuerſione corporum ignem ſolùm, & terram ſolam prima corpora aerem, & aquam ſecunda, & terram igni oppoſitam, aquam verò ſimilem, & proximam Ariſt. videri debere. Primo nullus ignis ab aere inuerti uiſus vnquam, nec imaginari licet quo pacto ignis poſsit agi ab aere in propriam naturam, quia oportet vt aer nunquam agat calore in ignem, cùm æquè ignis calidus ſit, vt Ariſt. etiam ponitur. & tenuitas, craſsitieſq; nulla inſeipſas agendi vi præditæ ſunt, quantumuis illum ſubeat, & quantumuis illi admiſceatur aer, nunquam tamen qua craſsior is eſt, craſsiorem ipſum efficiet. * P. terra nihil ab aere pati videtur, ſed quæuis eius glebba in quouis aere ſeruari ſemper. * P. aqua, vel quilibet ſuccus ab aere in propriam naturam non agitur, ſed tunc illos in vaporē ſoluit, cùm ab aere incaleſcit, vel in glaciem cogit, vbi à terra frigidus fit ipſe à ſe omnino in aliud quoduis agere impotens. * P. aqua ignem videtur extinguere copioſa in eum iniecta, quia poros, quibus tenuitas accenſa

(margin numbers: 1 beside "bere. Primo", 2 beside "qua craſsior", 3 beside "quilibet ſuccus", 4 beside "fit ipſe")

cenſa non eſt, & è quibus elabi videtur, oblinit, & illam in anguſtum agit.
5 & nunquam viſa eſt aqua ignem ſuffocare, & craſsiuſculum facere. * P.
àqua terram minus etiam inuertit, nam quantulauis illa huic quantæuis im
merſa, in minutiſsima quidem diſſolui, at nunquam in aquam agi uide-
tur, hac igitur acta in vapores omni ſubſidere, at ab igne tamen in aquam
terra inuerti apparet, & non ſolùm è lignis accenſis, ſed è ſaxis effluere vide
tur, vt nihil dubitetur terræ, & ignis aquam eſſe mediam, & ſecundum cor
6 pus. * P. aqua non eſt potens inuertendi aerem, nã quantuluſuis aer, vel
in medijs aquis in aquã agi non videtur, ſed oportebat ſtatim idem exiſtẽs
è dimidio aquæ inuertendus Ariſtoteli, fortè à natura potius quàm ab igne.

MARTA rationes iſtæ ſunt Marſilij ſup. 2. de gen. quæſt. 9. pag. 103. col. 2. licet ad aliud intentum. Dictum eſt autem quomodo elementa generentur, à quo verò moueantur, & quo modo dicendum: quod autem elementa moueantur per ſe à generante à remouente prohibens, ſumimus, infra probandum, & nota ꝙ etiam à ſeipſis mouẽtur, memẽtoque illius diſtinctionis ſecundùm totum ipſa quieſcere, partes verò moueri, & tranſmutari, & intelligas de tranſmutatione ſecundùm ſubſtantiam, non ſecundùm qualitatem. Nota vlterius ꝙ differunt elementa pura, & illa, quæ vocamus elementata, pura enim ſunt illa, quæ tranſmutantur, nam habent materiam ſimpliciſſimam, ſed illa, quæ vocamus elementata ſunt potius miſta, quæ nullo adinuicem pacto tranſmutantur. Nec valet ſi miſta inter ſe non tranſmutantur quę ſunt minus contraria, ergo nec elementa, quæ ſunt magis: miſta enim inter ſe non habent ita fortem contrarietatem ſicut elementa, & ideo non oportet ꝙ miſtum actione ſua poſsit immediatè tranſmutari in alterum, ſicut elementum. P. alia cauſa eſt quia multa miſta determinant ſibi certas organizationes, diſpoſitiones, & figuras in materia, & ideo ex alio miſto, cui illę diſpoſitiones, & figurę non conueniunt, & ex quo etiam immediatè fieri, non poſſunt illa miſta immediatè generari, & ideo non quodlibet miſtum poteſt immediatè tranſmutari in alterum ſecus eſt in elementis, nam in iſtis quę vocamus elementa eſt materia tranſmutata cùm diſpoſitionibus, quę non poteſt recipere formam alterius elementi, mala eſt igitur, argumentatio à compoſitis ad ſimplicia ſine proportione. Quinimo peior eſt argumentatio, quoniam compoſita, & elementata ſunt effectus ſimplicium, & elementorum quæ ſunt cauſæ, iccirco variè affecta eſt materia in vtriſque, & non poſita proportionata comparatione inter ipſa optimè argumentari non poſſumus, nec minus propoſitam intentionem noſtram concludere. His præmiſſis eſt ſciendum ꝙ aliquod elementum ſecundùm totum per viam naturę non poteſt tranſmutari in aliud totum, quia tunc naturalia eſſent inordinata, ꝙ natura vniuerſalis non permitteret, & inordinatio pateret, quia tunc in vno elemento deficeremus. Nec aliqua pars elementi per viam naturæ poteſt in aliud elementum cõuerti. P. nota quando dicimus elementa tranſmu-

tari,

tari, intelligimus ꝙ quodlibet pedale elementi cuiuſcunque, quantùm ex ſua natura natum eſt immediatè in vniuſcuiuſque alterius ſpeciem elementi transmutari, & probatur, elementum habet cum quolibet contrarietatem intenſam, ergo quodlibet pedale vnius poteſt immediatè in cuiuſlibet alterius ſpetiem transmutari, conſeq. tenet quia per actionē contrarietatis poſſunt qualitates vnius remoueri, & alteri conuenientes induci, cùm igitur elementum non poſſet ſtare cum qualitatibus diſconuenientibus, ſequitur, ꝙ præcedens corrumperetur, & aliud, cui iſtæ qualitates conueniunt, generabitur. Nunc venio ad ſolutionem rationum. * Ad primam negamus ꝙ ignis non poſſit agi ab aere, cùm fiat ex ipſo: ad probationem dicimus ꝙ aer agit in ignem humiditate, & ſic caliditas ignis remittitur per modum ſequelæ ad remiſſionem ſuæ ſiccitatis, ignis autem conuertitur in aerem, ſub polis enim continuè conuertitur ad ipſum, tamen hoc eſt ſecundùm partem, & quia parua eſt, non capitur denominatio totius, ſicque hoc elementum conuertitur in aerem, & è contra. * Ad aliam quomodo ignis videatur ſeruari in aere, & nil pati ab ipſo. Pro deſtruendo hoc, nota, ꝙ ignis poteſt generari extra locum proprium, quia ſi aer, & terra agerent ex ſeinuicem, & caliditas aeris obtineret ſuper frigiditatem terræ, & ſiccitas terrę è contra, fiet ignis: cùm igitur terra ſit valdè calida, ſicut aer, & cùm hoc valdè ſicca, tunc introducitur forma ſubſtantialis ignis, & ſic aer, aget in terram. * Ad aliam, patet eius falſitas, quia nos loquimur de elementis vt ſimplicia ſunt, modo traſcendimus conſiderationem veniendo ad vapores, qui ſunt compoſiti, ad quorum eleuationem concurrit ſol. * Ad aliam, ſi accipimus filum accenſum, & quãtamuis minimam partem aquę, ſemper ignem eſtinguet, & craſsiuſculum faciet: quomodo autē ignis poſſit immediatè ex aqua fieri, patet ex hoc, cū dominabuntur in materia aquæ caliditas, ſiccitas, & eius leuitas, & licet ipſe agens in aquam diſtantem multò citius introducat caliditatem, quàm ſiccitatem, tamen agens in aquam, quam circundat, ſicut ignis fabri in guttas aquæ ſuper eum aſperſas, vehementi calefactione fortificat actionem ſiccitatis, ſic ꝙ humiditatem aquæ citò, ſine notabili differentia exardet, ſicut frigiditatem corrumpit, & tunc generatur immediatè ex aqua ignis. Quomodo verò ex igne fiat aqua, dicitur ꝙ ignis quia eſt elementum multum nobile non poteſt permanere in materia, niſi in ea maneat caliditas vltra medium latitudinis, & ꝙ in introductione caliditatis, humiditas, & frigiditas ſatis citò corrumpantur: Cōſequenter conceditur ꝙ aqua non poteſt generari in materia humida, nōn actualiter frigida, nec hoc eſt inconueniens, vapor. enim qui eſt ſubſtantialiter aqua, eſt multum calidus, pro vt experimur, dicimus tamen ꝙ illa materia deberet eſſe humida, & nunquam generaretur in materia ſicca aquæ, & ſic illa materia habet plus de qualitate conuenienti aquæ, quàm diſcōuenienti, quæ autem ſint ſolutiones multorum dubiorum, quæ huic contingunt, breuibus ſtudens, ad Marſilium me remitto. * Ad aliam, ęquiuocat,

Sol. ad 1.
Ad 2.
Ad 3.
Ad 4.
Ad 5.

cat, ſumit enim partes elementatas terræ, & agitatas, quę ſi ponantur in aqua nunquam hęc fient ſed ſumatur pars veri elementi terrę ſi in aqua ponatur, & eius ſiccitas ab humiditate aquæ patiatur, eiuſque frigiditas à caliditate
Ad 6. ignis, certè aer fiet. * Ad aliam dico ꝙ aqua eſt potens inuertendi aerem, quia ſi humiditas aquæ aget in ſiccitatem terræ, & caliditas ignis in eiuſdē frigiditatem, ipſe fiet, & ſic aqua inuertet aerem, ſed non ſola, ideo ex duobus oportet, vt duæ mutentur qualitates.

Telesivs cap. 29. volebat probare quòd ex igne, aere, aqua, & terra, qua Ariſt. placet ratione à ſeipſis paſſis, non quę Ariſt. videntur, ſed contraria conſtitui entia, vult enim Ariſt. quòd ex quatuor elementis ratione qua ſe inuicem compatiuntur alterum fiat ex altero, vt ex ſiccitate ignis, &
1 frigiditate aquę fit terra, & ex aere, & terra ignis. Primo non poteſt dubitari quod ſi ea fieri poſſunt, facta interdum ſint, & ꝙ fiant etiam paſſim, At nec Ariſt. nec ſuorum vllus vnquam conſpexit alterum factum, & ſi proprias poſitiones relinquent, inquirentes tantùm naturam rerum fieri non
2 poſſe manifeſtum fiet. * P. nil aliud habet ignis, niſi tenuitatem ſummo calore pęditam, & ſiquid agit ignis, & non calore, agit id tenuitate, & terra nil aliud niſi craſsities videri poteſt, cui ſummũ ineſt frigus, & ſi ipſa nõ agit frigore, agit craſſitie, ergo ignis agit aquam tenuitate, ſed quomodo terra, quæ craſſa eſt, poteſt, agens aerem, tenuiorem, quàm eſt facere quia peri
3 pateticis videtur aerem exuperare tenuitate ignem. * P. aer minus calidus quàm ignis, qui ſcilicet ex aqua paſſa à calore fit quid exile, & moratus diuturniorem actionem, tranſit in ignem, & aqua manifeſtè minus eſt frigida, quàm terra, ſiquidem ab aere calore donatur terra, non certè eo à quo in ignis agatur naturam, nec ſi igni ab aqua frigus indi, id indi ꝙ terræ conueniat, videri poterit: neque igitur ex igne, & aqua terra, neque ex terra, & aere
4 ignis conſtitui, videri poteſt. * P. Ariſt. 2. de gen. 48. vbi. d. quę ſint prima ſimplicia, & ſimilaria ſi neutrum exuperat, alterumq; agit in propriam ſubſtantiam, videtur conſtituere id medium, ꝙ vtriuſque medium videri poſſit, non quod vtrique diſſimile ſit, & vtrumque exuperet, ꝙ ſcilicet id ꝙ calore donatur, aut frigore, natura, à quo donatur exuperet, vel id, à quo craſſum factum eſt, craſſius fiat, vel eo tenuius, à quo tenuefactum eſt, id ꝙ Ariſt. negat paſſim, & fieri non poteſt, licet igitur è duplici natura agēte conſtituta ſint corpora, & dum ſe ſe illorum duo oppugnant, vtriuſque altera pereat natura quæ exuperat, vtriuſque altera vtrumque occupet, ſed ſi hęc integra remanet, nihil à contrario paſſa, nihil erit diuerſa, nec maiores aſſumet vires, ergo ignis, & aqua cùm ſe ſe mutuò oppugnent, nec ignis perit, nec aqua in ignis naturam agitur. Id Ariſt. etiam conſtituatur neceſſe eſt, ꝙ & dimidio igni, & dimidio aquæ ſimile, atque idem fit, cui quædam
5 ignis, & aquæ natura, nihil imminuta, nec aucta inſit. * P. Licet ignis ſiccitas aquæ humiditatem exuperet, ſeque in eius ſede conſtituat, rem à ſe diuerſam, & contrariam non conſtituit, ſed ſimilem, & cognatam, omninò

ſimi-

ſimilem.* P. licet aquæ frigus ignis calorem exuperet,& eius occupet lo 6
cum,non certe robuſtius fiet, ſed iiſdem omnino præditum viribus, ens itaque conſtituetur ea materiæ diſpoſitione,quæ videtur ineſſe igni, eoq; frigore,quali aqua prædita,multò igitur tenuius,aqua,& multò minus frigidum terra,ſed vel aeri ſimile,vel aer ipſe.* P.licet calor aeris è terra deturbet frigus,& terræ ſiccitas ex aere calorem deturbet,minimè ex eis eo mo- 7
do paſſis conſtituitur ignis, ſed conſtituetur res multò calidior quàm aer, qui calorem dat, & terræ,à qua materiæ diſpoſitionem habet pęnitus contraria modo diſpoſita,ſed modicè calidum,& benè craſſum ens ſcilicet ſimilius aquæ, quàm igni.

MARTA pro reſolutione generali ad omnia arg. noto ꝙ ſi elementis approximatis adinuicem vnum fuerit notabiliter fortius altero, tunc non fiet miſtum ex illis, ſed fortius corrumpet alterum in ſui naturam, ſin autem ſic approximentur, vt quælibet tria ſufficiant corrumpere quodlibet quartum,tunc omnia iſta corrumpentur,& medium miſtum generabitur: Ad quod Marſilius,& Albertus conſentiunt. * Tunc reſpondeo ad primū Sol. ad
ꝙ elementa poſſunt fieri ſecundùm partem, vt dictum,& monſtratum eſt eſſe facta,& ſemper fieri,nec id dubitare amplius licet. * Ad 2. dicimus Ad 2.
ꝙ elementa non agunt,niſi qualitatibus, quæ agendo poſtea inducunt formas ſubſtantiales eorum, ſic tetigit optimè princeps Peripatet. 2. de part. cap. 1.* Ad aliud concedimus qualitates in ſummo,& non remiſſas,quia Ad 3.
ſi ſic haberent aliquid contrarietatis in ſubſtantia.* Ad aliud dicimus ꝙ Ad 4.
Ariſt. 2. de gen. 48. dubitat, & ſoluit, nam concedentes tranſmutationem elementorum,de difficili ſaluant miſtionem,& difficultas eſt,nam quomodo erit aliquid ex ambobus ideſt quomodo erit miſtio v.g. quomodo erit aliquid ex calido,& frigido,aut ex igne,& aqua? ſi enim eſt ex ambobus,& eſt neutrum eorum,quia nec ignis,nec aqua, neque rurſus compoſitio ſaluatorum,quia nō manent elementa ſaluata in miſto in propria forma,quid relinquetur ex illis elementis,niſi materia, corruptio enim alterius elementi vel facit alterum elementorum,vt ſi corrumpatur vnum in aliud, aut facit materiam ſi non corrumpitur vnum in aliud,ſed reſultet ex his elementis miſtis aliquid commune vtriſque,& quia non eſt eis aliquid commune niſi materia,qua relicta non fit miſtio ideo non erit miſtio ex eis: Poſtea ſoluit talem difficultatem, & d. quoniam contingit eſſe aliquid magis, & minus frigidum,quandoquidem contraria congregantur, ſed alterum eſt ſimpliciter in potentia,alterum verò in actu,ideſt ſi alterum potentius dominabitur, non erit miſtio, ſed alterum ideſt generatio alterius elementi, ſed quando alterum contrariorum non omninò dominatur, ſed generatur ibi aliquod miſtum,ꝙ eſt vt calidum & frigidum,& vt frigidum, & calidū quia non eſt aliquod contrariorum ſimpliciter,ſed retinet aliquod de vtroque,quia tunc miſcentur,& corrumpuntur intenſiones, & eccellentiæ contrariorum adinuicem,& veniunt ad quoddam temperamentum, ideo tunc

nec erit materia tantùm, nec actu ſimpliciter alterum illorum contrariorũ
Ad 5. ſed reſultabit quoddam medium ex vtriſque. * Ad aliam patet ꝙ eſt contra ſenſum, quia ignis eſiccat aquam, & eam facit ignem, reducit ad ſuam naturam,& facit rem diuerſam,& contrariam,quàm contraria ſunt, quę ſe
Ad 6. inuicem corrumpunt. * Ad aliam quòd quando aqua igni ſuperponitur, & ipſum ſuperat,facit etiam aquam, & ipſa ſumit magis robur, quando igitur alterum eſt fortius altero vnum generatur, neutrum verò miſce-
Ad 7. tur. * Ad vltimam dicimus quòd ſi iſtæ qualitates ſunt inæquales in potentijs non generabitur miſtum, hoc enim generatur ex ruptura elementorum æqualium & hæc ſint dicta de elementis pro complemento diſputationis totius vniuerſi.

QVARTA DISPVTATIO
DE MISTIONE.

ARISTOTELES vult ꝙ ſi elementa approximentur adinuicem,& vnum non fuerit fortius, altero,ſed quælibet tria ſint ſufficientia corrumpere quodlibet quartum, tunc omnia iſta corrumpentur, & medium miſtum generabitur: miſcibilia autem diuiſa in paruas particulas agunt,& reagunt adiuuicem,tandiu quòd omnium illarum particularum formæ ſubſtantiales corrumpuntur,& tunc de totali maſſa compoſita ex iſtis educitur forma ſubſtantialis miſti,per cuius eductionem illæ materiæ fiunt continuæ, quæ prius erant contiguæ,cùm ſtabant ſub formis elementaribus, ideo ad generationem miſti non ſufficit ſolùm iuxtà poſitio partium,ſed etiam requiritur continuatio. Et omnis miſtio eſt generatio, ſed non è contra, eò ꝙ miſtio connotat ꝙ multa corrumpantur,& fiant vnum ex his, quandocunque igitur fit hoc, eſt generatio,ſed non è contra,aliquando enim eſt generatio, & tamen nõ corrumpuntur miſta ſecundùm vnum, ſicut quando ex miſto generatur miſtum.& hęc miſtio poteſt fieri ſine diuiſione talium miſcibilium ad inuicem, quia quando fit diuiſio ad partes paruas,tunc iſtæ partes minuuntur ſine earum diuiſione,& quia ad omnem miſtionem propriè dictam requiritur actio,& paſſio miſcibilium adinuicem,& ſimile non agit in ſimile,cùm nec ab ęqualibus proueniat actio,ideo ſimile cùm ſimili miſceri nequit,vel etiã quia in miſtione ꝓpriè dicta,oportet vt vtrũq; miſcibiliũ cor-

rũpatur ab altero, modò ſimile nõ corrũpitur à ſuo ſimili, ideo iſta ſimul miſceri nequeũt, iccirco ſi alterũ dominabitur, in tãtũ ꝙ nõ poſſet fieri tãta reactio in ipſum, & ipſum cũ alijs corrũpatur, tunc nõ fit miſtio, ſed illud cõuertit alia in ſuam naturam, imò non ſufficit qualiſcũque reactio, ſed requiritur tanta, ꝙ miſta ſimul corrumpantur, & ideo. d. Ariſt. debere communicare in materia, & eſſe adęquata in potentijs, non ꝙ ſint ęqualiter ęqualia, ſed ſic ꝙ alterum non tantùm dominetur, quin alia per actionem earum in ipſum ſufficiunt ipſum corrumpere, ſimul cùm ipſo corrumpuntur. Elementa verò ſic veniunt ad miſtionem, quia aliquando vnum miſtum generatur ex alio, & tunc non oportet ꝙ denuò elementa concurrant, non igitur ipſa eò venire oportet aſcendendo, & deſcendendo de ſuis locis naturalibus: aliquando autem ad miſtionem veniunt. Miſtum autem non generatur ex elementis virtute propria, quia tunc non poſſet dari ratio, cur potius in miſtione generatur miſtum ipſius ſpherici, quàm cuiuſcunque alterius, ꝙ eſt falſum, quia aliter omnia aſcriberentur fortunæ, quia elementa quantùm eſt de ſe, non ſunt potius determinata ad vnum miſtum, quàm ad alterũ, niſi aliquod determinãs cõcurrat. Quæ elemẽta formã miſti non intẽdunt, vt notũ eſt, magis autẽ intẽdunt ſimilẽ ſibi generare ſi igitur miſtũ generaretur per propriam virtutem elementorũ ſequeretur ꝙ natura non ageret propter finem, quia generatio miſti fit præter intentionem formæ, quæ generatur: quid autem principaliter generet formam miſti, Ariſt. poſuit virtutem ſeminalem, per quam intelligitur certus aſpectus cæli plus determinans materiam ſua influentia ad formam vnius ſpetiei recipiendam quàm ad aliam, quomodo autem omnes formæ miſcibilium reſeruentur in forma miſti, quia per ſe ordinantur ad illam, patet ex hoc, quia formæ elementorũ reſeruantur in miſto non formaliter actu, ſed potentia, & virtute: forma enim imperfecta virtualiter continetur in perfecta, & vegetatiua reſeruatur in ſenſitiua, vnde ipſa forma ſenſitiui ſecundo introducta poteſt quicquid poteſt vegetatiua, propter ꝙ vegetatiuum in ſenſitiuo reſeruatur, ſed non in propria forma, ita ꝙ vegetatiuum plantæ ſit actu formaliter in ſenſitiuo bruti, ſed reſeruatur ibi virtualiter: quia ſenſitiuum in brutis poteſt quicquid poteſt vegetatiuum in plantis. Vel ſecundùm ſubiectam materiam ſic dicatur, nam caliditas competit primo igni, humiditas aeri, frigiditas aquæ, & ſiccitas terræ, quicquid ergo eſt calidum, eſt per naturam ignis, & humidum quia aereum, miſtum autem, quia in ſe continet omnes iſtas qualitates, poteſt dici igneum, aereum, aqueum, terreum, ꝙ non eſſet, niſi in eo aliquo modo reſeruarentur omnia miſcibilia. Hæc ab Ariſtotele paſsim collegimus.

TELESIVS 2. lib. cap, 31. volebat probare ꝙ nec prima corpora, nec alia vlla poterant commiſceri inter ſe. * 1. Prima corpora omnino commiſceri inter ſe poſſe, ex iis, quæ Ariſt. dubitat, manifeſtum eſt 1. de gen. 82. miſtio. d. fieri non poſſe multis videtur, ſiquidem ſi eorum quæ miſceantur 1

tur nullum perit, ſed ſingula quanuis imminuta redacta in propria ſeruantur natura, vel ſi ſummè imminuta ea ſit, refractaque nihil vnquam prius ſibi ipſis commiſta ſunt, ſed appoſita potius, altero autem corrupto eorum, miſtio facta non eſt, ſed alterum perit, ſupereſt alterum, miſtio ergo eorum
1 eſt, quæ ſeruata ſunt.* Tunc argumentatur, omnia, è quibus ſibi ipſis commiſtis, aliud ens effectum videri debet, remaneant ea oportet, quia ipſa, quæ alia aſſumpta natura periere, non poteſt videri ex ſeipſis commiſtis eſſe cõſtitutum aliquod, & ita ſibi ipſis vniantur, & nil penitus in miſto ſit vſque
2 ꝙ non ſint omnia ex quibus compoſitũ eſt. * P. t. 84. ſoluit quòd entia alia actu, alia poteſtate, contingit itaque quæ commiſta ſunt quoddam modo eſſe, & quoddam modo non, quia ſunt potentia, & ꝙ ex eis effectum eſt actu.* P. partes ſingulæ ſecundorum corporum in ſingula prima inuerti
3 non poſſunt ab Ariſt. propterea hęc omnia iſtis ineſſe poteſt videri declaratum, quoniam enim quoduis in quoduis agi, & à quouis quoduis fieri poteſt, non magis ſecundis primis ineſſe, & è primis inexiſtentibus ſecunda cõſtituta eſſe, quàm primis ſecunda inexiſtere, & ex iis illa compoſita eſſe, declaratum Ariſt. ſit. Id ergo erat homini pręſtandum, ſcilicet partes ſingulas ſecundorum corporum potius inuerti in ea prima, è quibus conſtitutæ ſunt ipſę, ꝙ ſi non declaret, minimè iis prima omnia ineſſe corpora, nec abolita ea, & in aliam acta rem declaratum ſit: quod ſi ponat Ariſt. non ponet ſecunda corpora ex iis commiſtis, omnibus actis in eandem rem, ſed ex appoſitis illis, & in debilitata, refractaque, ꝙ cùm concedat Ariſt. t. 85. & 86. miſtio. d. non ſit, vti eorum quæ miſcentur nullum perit, ſed ſingula vel in minutiſsima redacta, vel eorum viribus ſummoperè imminutis, ſeruantur tamen, vbi in id ꝙ efficitur non ęquè agantur omnia.

Marta poſsibile eſt elementa miſceri, uidemus enim de vino, & de multis alijs, quę inuicẽ vniuntur. P. viſũ eſt ſimul cũ pluuia cecidiſſe ranas, vt per Albertum. 2. meteor. & patet experientia, & frequenter viſum eſt in campis valdè à foſſatis diſtantibus, vbi ante pluuiam nullæ erant, & ſuperueniente ſemihora, inuenti ſunt paruis ranis quaſi totaliter pleni, aliter non potuiſſet eſſe, niſi cecidiſſent ſimul cum pluuia, in media igitur aeris regione generantur per miſtionem, ranæ enim ibi in ventre nubis generatæ ſunt. P. poſsibile eſt vt elementa ſic cõbinentur, vt quælibet tria ſufficiant corrumpere quodlibet quartum, ergo poſsibilis eſt miſtio, quia tunc miſtum fiet, quia ex quo elementa corrpunũtur, non generatur aliud, ſed mediũ ſcilicet miſtum, nec aliquod prohibet elementa ſic combinari ſpetialiter, cùm poſſibile ſit duo elementa combinari vt quodlibet corrumpat ſuum contrarium. Et ad hoc probandum poſſem adducere multas ſubtiles rationes, per quas homo ſubtili experimento ſecretæ naturæ id intueri poſſet, ſed in tractatu quem faciam Deo dante, de mineralibus, aliquid tractabo. * Contra iſtam poſsibilitatem miſtionis, & quam in dies experimur calaber non habet inſtantias, quæ Ariſt. dicit, & ſoluit apportat, nec eſt philoſophi peripatetici

patetici defendere Ariſt. ab ignominijs, ſed calabri eſt ignominias prænarrare, eadem laus eſt laudari à laudato, ſicut pungi à nõ laudato viro, Ariſt. igitur. 1. de gen. t. 82. incipiens tractare de miſtione, primo dicit eam non eſſe, quemadmodum enim quidam dicunt impoſſibile eſt alterum altero miſceri, quia miſtio adhuc entibus permanentibus, & nõ alteratis, non magis inquiunt nunc miſta eſſe, quàm prius, ſed contingit huiuſmodi miſcibilia cõ ſimiliter ſe habere nunc, & prius, ergo prius non erat miſtio, nec nunc, non ergo miſtio, ſi ambo miſcibilia maneant, altero enim corrupto non contingit miſta eſſe, ſed hoc ſcilicet manens contingit eſſe, hoc autem ſcilicet corruptum non eſſe, & quia miſtio eſt ſimiliter ſe habentium, cum hoc oppoſito miſta non ſe habeant ſimiliter, ſed vnum ſit corruptum, & aliud manens, non erit ibi miſtiò: Ex quo nota pro ut bene AEgidius ꝙ miſta debent ſe habere ſimiliter, & non ſimiliter: ſimiliter ut ſunt in miſto, quia nullum eorum debet eſſe in actu, ſed quodlibet in potentia, ſed ante miſtionem, & poſt non debent ſe ſimiliter habere, quia ante dicuntur eſſe in actu, cùm verò ſunt in miſto in potentia: primum ergo dictum oſtendebat miſtionem non eſſe manentibus miſcibilibus, quia ſe habebant ſimiliter miſcibilia ante miſtionem, & poſt, ſecundũ verò oſtendit non eſſe altero miſcibilium corrupto, quia non ſe habent ſimiliter vt ſic miſta, & ſic ſoluitur controuerſia, quia videtur eſſe in textu cùm primo probatur miſtionem nõ eſſe, quia miſcibilia ſe habent ſimiliter, ſecundo oſtenditur hoc non eſſe ſi ambo miſcibilium non ſe habent ſimiliter. Poſtea oſtendit miſtionem non eſſe ſi ambo miſcibilia ſunt corrupta, dicens eodem modo miſtionem non eſſe ſcilicet ambobus miſcibilibus conuenientibus corruptũ eſt alterum miſtorum, nam cùm miſcibilia ſint corrupta, & ſint nullatenus entia, miſta eſſe non poſſunt, hocq; eſt illud in quo ſe fortificat calaber. Iſtas obiectiones ſoluit Ariſt. met. & ſi ſciret eſſe proponẽdas à calabro, credo nõ ſoluiſſet, vt magis confunderetur. Dicit ergo ꝙ iſte ſermo videtur quærere quid. i. in quo differt miſtio à generatione, & corruptione, & quid differt miſcibile à generabili, & corruptibili, nam manifeſtum eſt ꝙ ſi eſt miſtio, oportet eam differre à talibus tranſmutationibus, & ſubdit quomodo hæc valent ad ſoluẽdas obiectiones. Ideo prius ſeparat miſtionem ab alijs tranſmutationibus, ex quibus ſoluit, miſtio autem non ſolùm eſt alia à generatione, ſed etiam ab augmento, & alteratione: ad generationem autem concurrunt materia, & forma, ad augmentationẽ, nutrimentũ, & nutritum, ad alterationem ſubiectum, & accidens, & quia materiæ nõ miſcentur formæ, nec cibus corpori, nec figura ceræ, miſtum nec eſt generatio, nec augmentatio, nec alteratio: Ideo. d. Ariſt. ꝙ materiam non dicimus commiſceri igni, nec ignem combuſtibili, cùm exardeat ipſum, ita ꝙ combuſtibile ꝙ eſt quaſi materia ignis nec miſcetur ipſi igni ſecundùm ſe totum, nec etiam eius particulis, ſed ignem, ſiquidem ex tali commiſtione dicimus generari, hanc autem materiam ſcilicet combuſtibile dicimus corrumpi, propter ꝙ differt miſtio à generatione

neratione: In quo D. Tho.& Scotus,& Greg.& Mazonius concordant. Deinde ſeparat miſtionē ab alteratione,ad eam enim concurrunt accidens, & ſubiectum,oſtendere ergo miſtionem,differre ab alteratione, eſt oſtendere accidens,& ſubiectum non eſſe miſcibilia. Ex differentia miſtionis ad alia,ſoluit obiectiones factas,quę quęrunt quomodo miſcibilia maneāt, & ſint in miſto,hæc autem non manent vt pænitus corrupto, nec manent vt ſaluata,cum differant ab alteratione,in qua non manent miſcibilia ſaluata,vt manent albedo,& corpus. Debet autem dici ꝙ ambo manent potentia,& virtute,neutrum autem actu,& ſecūdùm eſſe. Hæc eſt ſolutio Ariſt. quam nec infringere benè poterit quiſpiam. Sed vt ipſa magis pateat oſtendo,medici qui vident in quibuſdam miſtis ſuperabundare coleram, ſiue naturam calidam igneam,in quibuſdam frigidam,vel aqueam,ſiue flegma,¦in quibuſdam naturā ſiccam,ſiue terream, vel melanconicam,in quibuſdam humidam,ſiue aeream per ſanguinem, & hanc diuerſitatem cognoſcunt in rebus animatis per effectus rerum,dicunt,non vt philoſophi,ꝙ ſcilicet elementa non æqualiter ſunt in miſto.Hanc igitur controuerſiam facilè eſt ſoluere, nam naturales conſiderant elementa pro vt veniunt ad compoſitionē corporis mobilis,& corruptibilis,ſiue elementati,& prout per ſe agunt, & patiuntur,& ideo de neceſſitate habent ponere æqualitatem ipſorum in miſto quò ad virtutem,non quantitatem,plus enim habet de virtute vnus pugillus ignis,quàm centum aeris, & plus vnus aeris quàm centūm aquæ, & plus vnus aquæ quàm centum terræ, ideo vbi non intrabit vnus pugillus ignis,fortaſſe intrabunt mille terræ: pondera autem iſtorum elementorum quomodo ſe habeant ignoramus,propter artificium tamen, natura cooperante, vidi, ꝙ cùm ſeparaſſem quatuor elementa à quibusdam corporibus, & quodlibet de per ſe depuraſſem, in cōiunctione ipſorum ponebam ęquale pondus aeris aquæ, & terræ,de igne verò ponebam decimam ſextam partem,& licet iſta cōfectio eſſet ex elementis compoſita,tamen magis habebat naturam igneam,quàm alterius elementi,quæ ita actiua erat, vt potius crederem eſſe primam formarum elementorum omnium,quàm aliquid habere materiæ,nam proiecta vna parte ſuper mille argenti viui,ſicut ſcimus, coagulabat ipſum,& rubeum efficiebat,& iſtarum vna pars ſuper quinquaginta depurati, ſicut decet,proiecta,in aurum puriſſimum conuerſa ſunt, propter quod meritò apparet illam materiam habere aliquid de natura corporum ſupercęleſtium,nam in tranſmutatione habent ſemper modum formæ,vel agentis potentiſſimi. AEqualitatem autem ipſorum in miſto,poſſumus probare per demonſtrationem veram. Cùm duo illorum ſint actiua,& duo paſſiua,certum eſt ꝙ actio duorum actiuorum non eſt infinita, nec paſſio paſſiuorum: Actio igitur actiuorum vocetur A. B.paſſio verò paſſiuorum E.F.ſi a.b.eſt æquale e.f.adeò vt ſint actione æquales, concludo:ſi verò non,aut a.b.ſuperabundat, aut e.f.illud igitur in quo ſuperabundat ideſt eccedit a.b. ipſum e.f. vocetur b.d.arguo ſic a. b. tantùm agit,

declaratio ſolutionis

quan-

quantùm pati poteſt e. f. ergo b. d. non habebit in quo agat, & ſic erit actio ſine patiente, ꝙ non poteſt eſſe, ſi verò e.f. ſuperabundat ipſum a.b. vocetur iſtud, in quo ſuperabundat f.g. cùm ergo e.f. æqualificetur f.g. non patietur, quia non habet ꝙ in eo agat, de neceſſitate ergo eſt ꝙ æqualicetur actio, & paſſio elementorum, ſiue actio paſſioni eorum, propter quod ſequitur elementa in miſto eſſe æqualia in virtute. Sed vt melius intelligas pone dictam deriuationem in lineis ſenſualibus,

Ignis ignis A.A. elementa actiua B.B. aqua aqua.
terra terra. E.E. elementa paſſiua F.F. aer aer.
denominatio B.B. abundat D.D. denominatio actiua.
denominatio F.F. abundat paſſio G.G. denominatio paſſiua.

Superatio actionis de neceſſitate eſt ꝙ b.d. actio ęquetur f.g. paſſioni totũ a. ergo a.ad.a.g.e.g. vel eſt actio ſine paſſione, vel è contra, ſiue totũ a.a. b.b.ad a.f.g.e.f.g. vel eſt actio ſine paſſione, vel è contra. Medici igitur nõ habent ſic conſiderare elementa in miſto, ſed prout ſunt complexionata ex forma. v.g. materia animalis, plantæ, eſt corpus compoſitũ ex quatuor elementis, huic materiæ coniungitur forma, puta anima, vegetatiua, vel ſenſitiua, & quia forma habet communicare complexioni materiæ ex iſta coniunctione animæ ſenſibilis cum materia elementata, reſultant quatuor elementa complexionata, ſcilicet caliditas complexionata, non elementaris, frigiditas vt ſic, &c. & quodlibet iſtorum virtutem animæ accipit ſubiectum in quo abundat, vt caliditas coleram, frigiditas flegma, humiditas ſanguinẽ, ſiccitas melenconiam : propter ꝙ eſt ꝙ animalium citius corrumpuntur, quàm plantæ, & plantæ quàm mineralia, quia magis diſtricta contrarietas, & ſuperabundantia qualitatum complexionatarum reperitur magis in animalibus, quàm plantis, & in iſtis quàm mineralibus: medici igitur notant has qualitates eſſe elementa, & cùm aliquæ iſtarum ſuperabundant in re cõplexionata dicuntur eſſe in miſto non ęqualiter vnitæ. Dico vlterius eſſe elementa in miſto, ſicut in luto eſt aqua, & terra actu, non tamen poteſt dici ꝙ aqua ſit actu ſeparata à terra, ſic debet dici, ꝙ ſunt in actu, non in proprijs naturis, ſed in natura, quam compoſuerunt, ꝙ actu, melius vocatur ab Ariſt. potẽtia, quia ſunt tali actu imperfecto, nõ igitur ſunt actu vt ſit quodlibet propria natura ſeparatum. De hoc me remitto ad D. Tho. ſup. 1. de gen. in loco vbi de intento digreditur declarando hunc paſſum.* Vt autem ſpetialis cognitio Ariſtotelis de miſtione habeatur, præter ea quæ diximus eſt amplius notandum, omnes antiquos in hoc defeciſſe, quia non ponebãt miſtionem fieri per mutuam tranſmutationem, ita ꝙ ex miſcibilibus reſultaret vna natura communis, & media, ſed ponebant miſtionem fieri eò ꝙ minimum vnius ponebatur minimum alterius, & quia minimum tripliciter capi poteſt ſcilicet ſecundùm ſubiectum, ſecundùm formam, & ſecundùm quantitatem, ideo. d. facientes quæſtionem continuam his, quæ dicta ſunt, volumus dicere vtrum ſit miſtio ad ſenſum, vt dicamus ꝙ tunc miſcibilia

bilia miſta ſunt, quando vnumquodque miſcibilium non ſit manifeſtum ſenſui ita ꝙ ſit miſtio quantùm ad minima ſecundùm ſenſum, pro ut ſupra dicebant aliqui antiqui, aut non ſunt miſta quantùm ad minima ſecũdum ſenſum, ſed ſecundùm formam quæcunque particula ſic ſecus quamcunq; miſtorum, hocque modo non dicitur miſtio, vt quando ordeum eſt miſtũ frumẽto, & granum ordei poteſt poni ſecus quodcunque granum frumẽti. Tertia opinio d. ſi. corpus eſt diuiſibile omne ideſt totaliter, & corpus eſt miſcibile corpori omiomeres ideſt ſecundùm vnam, & eandem rationem in toto, & in partibus, oportet quodcunque ideſt partem quamcunq; minimam ſecundùm quantitatem fieri ſecus quamcunque partem, ita vt ſit miſtio totaliter, & non ſecundùm minimam quantitatem. D. t. 86. improbat prædictas opiniones & 1. d. quoniam autem non eſt diuidi in minima ſecundùm formam, vt compoſitio talium ſit miſtio, quia neque idem eſt compoſitio, & miſtio, ſed aliud, non enim quæ miſcentur ſecundùm parua ſaluata ideſt ſecundùm minima, in quibus ſaluatur forma, & ſpeties, talia enim non contingunt debere eſſe miſta, erit enim ibi compoſitio, & praxis ideſt operatio, & tranſmutatio, & per conſequens miſtio, eſt ergo vis rationis ꝙ quantùm ad minima ſecundùm formam non eſt miſtio, quia talia manent intraſmutata ſecundùm ſuam ſpetiem, & ſaluata, & ſi ſic eſſet miſtio, pars non haberet eandẽ rationem cum toto, quia non quælibet pars miſti eſſet miſta, dicimus tamen hoc oportere ſi miſtum eſt aliud, oportet enim ipſum eſſe omiomeres ideſt eiuſdem rationis in toto, & partibus, vt quælibet pars aquæ eſt aqua, ita & quælibet pars temperati ideſt miſti debet eſſe miſta, non igitur eſt miſtio quantùm ad minima ſecundùm formã, quia ibi eſſet figurare partem non miſtam. Poſtea improbat opinionem quantùm ad minima ſecundùm ſenſum, dicens ꝙ ſi fiat miſtio ſcilicet parua ſecundùm ſenſum, miſtio eſſet idem ꝙ compoſitio, & hoc poſito nil cõtingeret eorum quæ requiruntur ad miſtionem, ſed ſolùm diceremus quòd miſta eſſent ad ſenſum, in miſtione autem requiritur ꝙ quælibet pars miſti ſit miſta, & ꝙ miſcibilia non maneant actu perfecto, & tunc manerent miſcibilia, & non quælibet pars miſti eſſet miſta, ſed ſi fieret miſtio ad ſenſũ, nil horum eſſet. P. eſſet inconueniens hoc dicere, quia idem huic eſſet miſtio: Linceo enim qui acutè videt non videbitur miſtum, quia nõ latebit viſum eius ꝙ poteſt latere viſum alterius. Poſtea improbat opinionem quantùm ad minima ſecundùm quantitatem, dicens ꝙ neque diuiſione quantitatiua contingit miſtionem fieri, vt quæcunque pars ſit ſecus quamcunque partem, nam impoſſibile eſt ita diuidi corpus ſecundùm minima ſecũdùm quantitatem, aut igitur non erit miſtio, aut dicendum eſt rurſus ſecundùm opinionem propriam quomodo contingit fieri hoc. Ex his ponit opinionẽ ſuam dicens ꝙ, vt dictum eſt, quædam entia ſunt actiua, & quædam paſſiua ab his ideſt ad ſe inuicẽ, & quædam non, & addit quòd conuertuntur, quia quorum eſt eadem materia eſt actiua, & paſſiua adinuicem, & è conuerſo,

& quæ faciunt, & agunt impaſſibilia entia, non ergo eſt eadem materia, & è conuerſo, hinc. d. ꝙ non habentium eandem materiam non eſt miſtio, ideoq medicina ideſt ars medicinæ non facit ſanitatem ſupple miſcendo ſe ei, neque ſanitas eſt miſta corporibus: quæcunque igitur de numero actiuorum, & paſſiuorum adinuicem communicãtia in materia ſunt facilè diuiſibilia, ſi in talibus multa miſceantur paucis, & magna paruis, ſi compoſita non faciunt miſtionem, ſed augmentationem dominantis, vincunt enim magna, & non miſcentur cum paruis, ſed augmentatur ex eis, tranſmutatur enim alterum in paruum, in dominans ideſt in magnum, & multum, ideo ſi gutta vini ponatur in mille millibus amphoris aquæ nõ miſcetur, ſoluitur enim ſpecies vini, & tranſmutatur ideſt conuertitur in totam aquam, ſed quando miſcibilia adæquantur æqualiter ideſt aliqualiter potentijs, tunc vtrúque ex natura ſui ipſius, tranſmutatur in dominans ideſt in naturam mediam, quæ dominatur in miſtione, ideo addit, ꝙ non generatur ibi alterum miſcibiliũ ita ꝙ vnum totaliter dominetur, & conuertat alterum ad naturam ſui, ſed generatur ibi medium cõmune ideſt aliqua natura media in qua non actu, ſed potentia & virtute, vel actu imperfecto reſeruatur vtrunque miſcibiliũ. Cũ igitur quęritur quomodo fit miſtio, debet dici ꝙ fit ex miſcibilibus cõmunicantibus in materia, & actiuis, & paſſiuis adinuicem adæquatis aliqualiter in potentia, & virtute. Poſtea t. 90. oſtendit ꝙ miſcibilia ſunt quæcunque de numero facientium habent contrarietatem, & eſt ratio, quia talia ſunt paſſiua adinuicem. D. d. ꝙ parua poſita ſecus paruis magis ſunt miſcibilia, & eſt ratio, quia facilius ad inuicem tranſeunt ideſt facilius ſe trãſmutant, ſed multum à multo tardius hoc operatur ideo bene determinabilia ideſt humida, quæ bene terminantur termino alieno, quia talia ſunt de numero diuiſibilium, & paſſiuorum, ſunt bene miſcibilia, & eſt ratio, quia hęc facilius diuiduntur in parua, oportet autem ꝙ tale humidum non ſit viſcoſum, vnctuoſa enim non bene miscentur humidis, ideo oleum non bene miſcetur aquæ, ſed ſupernatat ei, & oleum cum aqua facit ampliorem, & maiorem tumorem, & maiorem quantitatem, quia plus occupat de loco humidum, & vnctuoſum, quàm humidum ſolùm: ſi autem alterum miſcibilium erit ſolùm paſſiuum, aut erit vehementer paſſiuum, hoc autem ſcilicet aliud miſcibile ẽ valdè parum paſſibile, tũc exambobus talibus nil plus erit miſtum, aut parùm inter ea erit de miſtione, quia contingit eſſe ſtagnũ, & ęs, ſtagnum enim eſt valdè paſſiuum, æs autem modicum paſſibile, ideo talia non ſunt benè miſcibilia: manifeſtat hoc exemplo, quia ſicut coniunguntur literæ in ore balbutientis, quia vna bene ſonat, alia autem quaſi euaneſcit, ſic coniunguntur ſtagnum, & ęs, quia ſtagnum quaſi euaneſcit, æs autem manet, & hoc intelligitur de quibuſlibet miſcibilibus, quorum vnum eſt multùm paſſiuum, & alterum parùm. D. oſtendit vtrum inter talia ſit aliqua miſtio, dicens ꝙ talia videntur aliqualiter miſta, ſed remiſſe, quia alterum in talibus eſt quaſi ſuſceptibile, & ſubiectum, alterum autem eſt ſpe-

ties,& paſſio, ꝙ contingit in ipſis metallis preaſſignatis, ſtagnum enim mi ſtum æri, efficitur quaſi ens, aliqua paſſio æris, & efficitur quaſi ſine materia, quia modicum remanet ibi de ſubſtantia ſtagni, ſed miſtum ſtagnum æri, bene euaneſcit totum ſcilicet ſtagnum, ſolùm autem videtur eſſe colorans ęs, & d. penè, quia non euaneſcit tota ſubſtantia ſtagni, nec euaporat pęnitus materia eius, ſed ex quo remanet colorans æs, inter poros aeris, aliquid remanet de ſubſtantia ſtagni, & hoc, ꝙ nunc diximus, continget de alijs, ſi ſic ſe habebunt. Vltimo epilcgat omnia, quæ dixit, ex quibus determinat hanc quæſtionem quid eſt miſtio, dicens eſt miſcibilium alteratorum vnio. Hæc dixit textualiter Ariſt. * Tunc reſpondeo ad vltimū quando. d. elementa ſunt in eſſe refracto in cõpoſito, quomodo hoc poteſt reſolui in ipſa. Dico ꝙ quando compoſita reſoluūtur, elementa, quæ ſunt in eſſe refracto, ſumunt vires à tota vniuerſitate, & redeunt ad actus perfectos: lutum enim ꝙ continet aquam, & terram, ſicut compoſitum elementa, ſi diſſoluatur à ſole ſcilicet eſiccetur illa humiditas, reſtat terra ſola in actu perfecto, & ipſa prius erat in actu imperfecto in luto. Ad textus qui alleggantur Ariſt. contra ſemet. Dicimus ꝙ non eſt quid, ꝙ non dixerimus. Nec eſt ſapientis rationes quas Ariſt. ſoluit, iterum ducere contra ipſum.

Ad vlt.

TELESIVS cap. 32. volebat improbare illud dictum Ariſt. ꝙ ſcilicet vt terra ſe ſe contineat, ne coincidat, opus eſt aqua, quæ illam, veluti glutem contineat, pro vt d. Ariſt. 2. de gen. 49. non enim opus eſt aqua Ariſt. ad compoſitionem miſtorum, his rationibus. * Primo inquiens rationem

1 ſicci, d. id eſſe ꝙ proprio termino continetur optimè, & ꝙ durum eſt renitensque, & aridum ideſt ꝙ perfectè exiſtit ſiccum, & quò magis eſiccatur, eò magis conſiſtit, & vnum ſit, humidum contrà ꝙ ſe ipſum retinere non poteſt, & dilabitur: tunc ſic, dixit ꝙ aqua continet terram, vt glutem, poſtea d. ꝙ terra ſit ſicca, & ſe contineat cuius eſt natura, poſtea d. continendam

2 eſſe à re diffluente, & quæ non poteſt conſiſtere, & retinere ſe. * P. Ariſt. maximè ſibi contradicit, quia prius debebat conſiderare num quæ diſſoluūtur humiditate elabente propterea diſſoluantur, quia omnis humiditas, à

3 qua, veluti à glutine quodam continebatur, elapſa eſt, an alia de cauſa. * P. ſi humidum præbet conſiſtentiam, & vim ſe continendi, vel ſiccum contineatur ab humido, id quòd maximè eſt humidum maximè operatur, ſed aer, cuius eſt propria humiditas, non aqua, cuius eſt frigiditas propria, vt Ariſt. componenti prima corpora videtur, aer igitur maximè contineat terram oportet.

Sol. ad 1. MARTA terra pura non habet continuationem, nec in ipſa aliqua figura poſſet conſiſtere, partes autem cuiuslibet miſti oportet eſſe terminatas, ſola autem aqua eſt benè terminabilis; prima autem terra propter naturalem ſitum, nullatenus commoratur ſine humido, ꝙ eſt in cauſa continente, vnde humidum quòd eſt in ea contineat ipſam, & induret, ſi autem ex ipſa humidum totaliter auferatur, ſtatim conuertetur in puluerem. Vt igi-

tur

tur in terra, cuius maior pars eſt in miſto, poſſit impingi eius figura, neceſſe eſt aqua, quæ ipſam contineat. Nec obſtat ratio, quia terra benè terminatur, ſeque retinere poteſt, ſecus verò poteſt congreggari, eò ꝙ ſicca eſt, niſi miſceatur cum aqua. * Ad aliam non aſſignat rationem, cur id Ariſt. videri debeat, & quanuis cauſam dabis, idem ipſi eueniet. * Nec aer. magis debebat continere terram, cùm ſit primo humidus: Duæ enim ſunt ſiccitatis cauſę, vna frigus condenſans, & comprimens humidum, & ſic remouens ſiccitatem, quæ non eſt aliud quàm humiditatis priuatio, ſecunda eſt caliditas humiditatem conſumens, manifeſtum autem eſt, ꝙ motus cauſat calorem in eo quòd poteſt calefieri, ideo neceſſe eſt quòd in materia illa maximè profundat, quæ ſemper eſt iuxta velociſſimũ motum, hęc autem eſt ignis materia, & ſic ipſe eſt omnium calidorum calidiſſimus, potentior autem eſt eius caliditas ad conſumendum humidum, quàm terræ frigiditas, & iccirco ignis ſiccior eſt terra. Vlterius cùm virtus mouentis ſit minor in remoto, quàm in propinquo, minus calefacit motus cæli materiam aeris, imò quaſi minimè, remanebit ergo humida magis quàm calida, non tamen magis quã aqua, in hac enim eſt frigiditas faciens ad ſe fluere humidum, caliditas autẽ aeris non facit ad ſe fluere humidum, & ideo aqua eſt magis humida quàm aer: ſenſu autem ſenſibilia iudicamus, & manifeſtum eſt omnibus habentibus ſenſum tactus ꝙ aqua humidior eſt aere, ſic benè reſpondidit obiectio in huic D. Tho. 1. de gen. ſup. t, 23. lec. 3. Ad 2. Ad 3.

Telesivs cap. 33. volebat probare Ariſt. non eſſe afferendum ignẽ ad miſtorum compoſitionem, quia non poteſt nos docere quomodo in terram agat, & quò ad illam delabatur, ꝙ ſi delabetur, oporteret ad terram vſque delabere, & ad profundiores maris, & terræ partes, in quibus miſta fiũt longè plurima, & ſummo miſta calore ſalſa, ſulfurea, bituminoſa, & eouſq; ignis à motu cæli non deiiciatur, aut ſtellarum vi, & virtute, vel illarum etiã voluntate, vt peripateticis, quæ propria corpora in proprio velint ſtare loco vnita, vbi conſeruentur.

Marta cùm motus cęli, & opus naturæ ſit intelligentiæ, non ſemper ſequuntur elementa proprium impetum ſui motus, ſed aliquando mouebũtur in id, ad quod ſiue per voluntatem intelligentiæ dirigentur, ſiue per virtutem cęli, ſi de propinquo, ſiue inſtrumentali motore loquamur, & hinc eſt quòd ignis partes in aere ſunt, ſpargitur enim ignis frequenter per aerẽ, & per virtutem cęleſtis motus fertur violentia deorſum, vt d. Ariſt. 1. meteor. & ideo ſunt aliquæ eius partes, & in vaporibus pluuialibus deſcendentibus, & in rore, hincque eſt quòd aquæ pluuiales ſunt vaporoſæ, & calidę, & hæc eſt cauſa cur niue deſcendente non ſit tanta frigoris intenſio, ſicut in alijs hiemalibus temporibus, cùm his igitur deſcendunt partes ignitæ ad loca miſtionis, ſic benè Mazonius laudat D, Tho. lec. 24. t. 84. 1. de gen. Nec approbo vnquam illud Patris Hyeronimi Hurtadi, & Io. Baptiſtæ criſpi dicentium ad Latinum tancrenum in templo D. Andreę Neap.

quòd ignis deſcendat per iaculationem.

TELESIVS cap.34.volebat iterum probare quòd elementa non pote
1 rant omnia ſimul ineſſe cum eorum naturis in miſtis. Primo Ariſt.non ex-
plicuit cur in ſe ſe agere ceſſent naturæ agentes,quòd maximè opus erat,
nam actiones prætefæ,ac pugnam, & ſibi ipſis ſingulæ timentes, ſe ſe mu-
tuò oppugnare deſiſtant, & veluti fędere inito in eodem regnent ſubiecto
2 ſimili. * P. cur vbi eſt altera robuſtior, ſicut in multis miſtis danda eſt
& quę in externas agit,& contrariam longè debiliorem deturbat ſimul in-
exiſtentem,ac vitam iam,& profligatam in eodem ſubiecto eſſe, & viuere
3 ſinat, qua ſola potiri ſummè expetit. * P. cur id potens non deturbet
4 ſummè aliam,& ſola ibi vigeat. * Peripatetici nunquã rationem inibunt,
qua inter ſe contrarias naturas ſimul iungant, & in vnum agant. Ex qui-
bus cap.35.concludebat ſecunda corpora ex quatuor primis ſimul exiſten
tibus non poſſe conſtare.

Solutio. MARTA ex Ariſtotele explicui quomodo prima corpora agant, & patiantur, ex quo miſtum reſultat & quando eſt generatio alterius elementi contrarij, & quomodo poſtea in miſto vniantur, & quando miſtum diſſoluitur in ipſa reſoluitur, ex quibus ęqualibus reſultet quædam complexio,quam miſtionem dicimus,quando autem inęqualia erunt, alterum ipſorum reſultabit,nec miſtio,ſed tranſmutatio nuncupabitur, ideo rationes iſtas prætereo. Quomodo verò ſint aliqui ſucci aqua frigidiores, non oportet ducere calabri rationes in hoc,ſi quidem id ex doctrina Hyeronimi Balduini patet ex terra aqua frigidiore eos euelli poſſe, & in tractando elementorum qualitates illud philoſophi.2.de gen.22. ſoluimus, cùm igitur ipſa ſit frigidiſſima, ſi iungatur ſiccitati plus frigus faciet. P. negatur quòd eadem res non debeat videri iuuare actionem duorum contrariorum, vnde calaber contra nos inſtantiam faciebat ſine probatione. Nec valet quòd vltimo loco.d. quòd Ariſt. eſſet incuſandus ſi ſiccitas exacuit frigus, quia ſummum illud copulauit humiditati, non ſiccitati, cùm nec poſuerit terram primo calidam, ſicut primo calidum ignem.

QVINTA DISPVTATIO
DE PRINCIPIO EFFECTIVO.

ARiſtoteles vult quòd rebus eſt perpetua generatio, & corruptio, & hoc partim ex principio materiali, quia generatio vnius eſt corruptio alterius, & è contra, partim ex cauſa efficiente, & quia hic volumus loqui tantùm de efficiente, ideo in 2. de gen. t. 85. aſſignat cauſam effectiuam perpetuitatis generationis: cùm enim omne mouens, & agens naturale agat propter finem, ſemper inter agens, & actum intelligitur actio media. In his igitur efficiẽtibus tria eſt conſiderare ſcilicet agens, actionem, & finem, ergo & in motione eſt ibi mouens, & motus, & finis per quem mouet: ideo in aſſignando cauſam generationis perpetuæ tria facit, primo aſſignat ex parte motus, ſecundo ex parte finis, tertiò ex parte mouentis, & quia motus ſecũdùm allationem eſt perpetuus, & talis mutatio eſt perpetua, neceſſe eſt entibus eſſe generationem perpetuam, allatio enim celeſtis, & motus circularis facit generationẽ actualiter, quia adducit, & abducit generationem, ſol etenim cùm ad nos adducitur, & ad nos accedit cauſat generationem, cùm verò abducitur cauſat corruptionem, ſiquidem allatio ideſt loci mutatio eſt prima omnium mutationum, & prius eſt cauſa poſterioris, non è contra, & multum eſt rationabilius ꝙ id ꝙ eſt ſemper, & perpetuum, & perfectum in eſſe ſit cauſa nõ entis, quàm è contra. Quare cùm ꝙ localiter ſit ens, & ꝙ generatur non ſit, quia tunc non generaretur, allatio eſt prior generatione, & per conſequens eius eſt cauſa: oſtendit quia motus çorporis cęleſtis eſt cauſa continuæ generationis, cùm autem generatio, & corruptio ſint contraria, non contingit fieri ambo, ſi ſit tantùm vna allatio, ſiue vnus motus localis, quia idem manens idem, & ſemper ſimiliter ſe habens, natum eſt facere ſemper idem, ſi igitur eſſet tantùm vna allatio, alterum generationis, & corruptionis eſſet, at cùm ambo exiſtant ſenſatim, oportet multos eſſe contrarios motus, vel allationes, ꝙ ſcilicet vnus ſit contrarius alteri, quòd non poteſt eſſe in circuli motu, vt dixit lib. de cælo, vel in æqualitate ſcilicet ſi ſit vnus & idem motus, & inęqualiter ſe habeat ad ipſa generabilia ſecundùm diuerſas circuli partes, qui ex vna eius parte cauſet vnum, ex altera alterum, contrariorum enim effectuum, cuius modi generatio, & corruptio, contrarias cauſas aſſignare oportet, & cùm motus primi orbis, qui diuturnus vocitatur ſit ſemper vniformiter ſe voluens ſuper circulos ę que diſtãtes ab ęquinoctiali, co

rum

rum non poteſt cauſa eſſe ſed motus circuli obliqui, qui dicitur Zodiacus eſt cauſa efficiens vtriuſque propter motum acceſſionis, & receſſionis ſolis in eo. In hac ergo loci mutatione eſt generationis, & corruptionis continuitas: quare neceſſe eſt vt iſta perpetua ſint, aliquid ſemper, & continuò ſe mouere, ne mutationes prædictæ deficiant, deficiente cauſa. Secundùm autem duo, duos oportet eſſe motus ſcilicet ſecundùm acceſſum, & receſſum, cauſa autem continuitatis eſt motus totius orbis, & cauſa præſentię, & abſentiæ eſt inclinatio, & eleuatio ipſius Zodiaci: quando enim inclinatur à circulo ęquinoctiali ex vna parte, eleuatur ex alia, & contingit quòd ipſum generans quandoq; ſit propè locum generationis, & quandoq; longè: quando verò diſtantia generationis non fuerit ęqualis, neceſſe eſt motū eſſe inęqualem, & ideo ſicut inaduenięndo, & propè eſſe generat rem, ita in recedendo, & è longè corrumpit ipſam, & ſi multoties in adueniendo ſecundùm vnam medietatem circuli generat, multoties in recedendo ſecundùm aliam medietatem corrumpit: quare omnia menſurantur quadam circulatione, dicens quia hæc inferiora reducuntur ad motum cęli, quodlibet enim generabile determinatur certo numero reuolutionum, quia omnium eſt ordo, & omne tempus, & vita menſuratur periodo ideſt circulari menſura, non tamen omnes res eadem menſurantur menſura, ſed his menſura eſt annus, his verò anno maior: Hæc autem manifeſta ſunt ſenſui, videmus enim q; adueniente ſole eſt generatio, & recedente eſt diminutio, & corruptio, in tempore autem ęquali eſt vtrunque.

Telesivs volebat probare cap. 38. q; obliquę lationi vtrunq; agens principium tribui non poterat: Quia ſol recedens, & obliquus non debet
1 videri contrarius accedenti, & directo, ſed calefaciens debilius, quòd ſcilicet ſi generare non poteſt quæ ſol accedens non corrumpit, illa nec perdit,
2 cùm nunquam ſit ſibi contrarius, & oppoſitus. * P. cùm omnia videantur interire, inueniendum erat Ariſt. ſolis oppoſitum, quòd à contrario conſtitutum principio, & contraria præditum natura, agens contrarijs viribus, quæ à ſole conſtituta ſunt, & genita, ipſa perdat, & corrumpat, & in contrarium agens ſol, conſtituat illa, nec licet pati ab alio, & agere in aliud, ſed à contrario, & in contrarium: ſoli igitur calefacienti, & calore agenti, erat Ariſt. opponendum ens ſummo frigore præditum, terra ſcilicet in quam agere videtur ſol, & è qua aſſiduè omnia.

Marta motus vnius medietatis circuli non eſt contrarius motui alterius medietatis per ſe; ſed ſecundùm reſpectum radiorum ad locum gene-

Solutio. rationis, quia cùm recedit, reſpicit obliquiori modo, & tunc dominatur frigus mortificans, ratione igitur modi, dicitur eſſe motus contrarietas in obliquo circulo, vel ratione acceſſus, & receſſus: ſol igitur accedendo per ſex ſigna generat, & recedendo per ſex alia ſigna corrumpit. ſic Ariſt. nunquā inueniendum erat ſoli per ſe oppoſitum.

Telesivs cap. 39. volebat quòd nec ſol recedendo eſt cauſa corru-

ptionis,

ptionis,nec accedendo generationis.* Primo non generat ibi, vbi maximè directus ſit, & in ſingulis terris non magis,vbi magis accedit, & in vel in valdè borealibus nihil, vbi acceſſit maximè,non id modò in meridionalibus,ſed corrumpit quæ hibernus,& vernus conſtituit,imò quò magis recedit,tanto plus generat,non omnia,ſed animalia,& plantas de quibus eſt ſermo. * P.ſol agens viribus ſummis, & diuturnis non inuertit terram in ea, quæ in plantas concreſcant,ſed in rem propriæ ſubſtantiæ ſummè ſimilem, ſcilicet in vapores tenuiſſimos; qua tenuitate nec planta naſci,nec animal poteſt cōſtitui vllum,nec vlla exoriri aqua è ſupremis terræ partibus prius ſolutis in vapores iis,qui fiunt ab ardentiſſimo ſole,ergo vbi ſol imminet directus,nullus,aut rariſſimus emanat fons,nec planta vlla exoritur,quæ paſſim fiunt in temperatis regionibus,& in humidioribus amplius,& mollioribus. * P.ſi accedens generat, & recedens corrumpit,intelligere non licet, cur multis acceſſibus opus ſit in generatione multorum, & receſſibus etiā multis,qui iuxtà Ariſt.placita demoliantur,& corrumpant opera horū.*P. generatio non videtur fieri in tempore ęquali, & corruptio,nec animalia adipiſci vigorem ſummum,& ad occaſum declinare,quòd Ariſt.placet, & neceſſe eſt placeat,ſi poſitionem tueri velit, quia qui attingunt trigeſimum annum, non poſſunt videri acquirere amplius vllas vires, ſed niſi ſint,fieri prudentiores,& magis moderati,& rerum vſu edocti, vel melius intelligentes quòd imminutus calor non vlterius quaſi præcipites agit.

1 2 3 4

Marta ſole adueniente ad punctum arietis,directè locum noſtrū tāgente,tunc incipit eſſe generatio terræ naſcentibus, recedente autem à principio libræ,incipit rerum diminutio,& corruptio, & vtrunque fit in æquali tempore,quia tantum eſt tempus generationis,ſecundùm naturam, quantū corruptionis,quia tantus eſt aſcenſus ſolis, quātus deſcenſus, ſin autem cōtingat aliquando corrumpi aliquam rem in minori tempore, hoc eſt antequàm vis rationis cœleſtis ſecundùm rationem periodi recedat,diciturque per accidens,quia propter confuſionem adinuicem quatuor elementorum, quæ ſunt materia cuiuſlibet generati, vel propter confuſionem ſolis,cū alijs planetis contrarium effectum habentibus. Cùm igitur materia inæqualiter ſe habeat,& non receptibilis virtutis cęleſtis, nec eodem modo ſe habeat in periodo,neceſſe eſt generationes,& corruptiones inæquales eſſe, cùm autē nullo modo materia ſit diſpoſita,nec ęqualiter,nec inęqualiter, nec generationes quidem,nec corruptiones poſſe fieri cōſentaneum eſt, iccirco accidit propter generationem alijs generari corruptionem,& è contra,quia corruptio vnius eſt generatio alterius,& è contra. P.dicimus ſolem inter aſtra præcipuum dici generans,ſiquidem præcipuè lucet,& motu,& lumine ſuperiora gubernant iſta, ex nihilo autem tale generans generare non poteſt niſi materiam præſupponat agendo,hæc autem ſunt quatuor vnita elementa,vel æqualiter vel inæqualiter diſpoſita,vt ſupra,in aliquibus autem terrę partibus vel ſiccioribus,vel calidioribus, vi ſolis eleuatis vaporibus, aquæ

Sol.ad 1.

non

non exiſtit, quæ ad miſtionem ipſam deſeruiebat, vel non proportionata effectui huic, iccirco ibi eo tempore generationes fieri nequeunt, nec corruptiones.* P. ſol non magis generat vbi magis accedit, tunc enim magis eſiccat, & terra ipſa indiſponitur, non autem corrumpitur, bene eſiccatur, ſicut enim per accidens calor eſt cauſa mortis, ſic per accidens frigus vitæ cauſa vocitatur, ſole igitur à cancro recedente, & per leonem tranſeunte, & calor ab ipſo proueniens, & non ita vigoroſior exiſtens, tunc proportionatur ipſi
2 terra, & cętera elementa diſponuntur, & res multę generantur. * Ad aliud dicimus quòd ex motu, & ſolis lumine calor cauſatur, iſte autem plures effectus producere poteſt, materia enim exiſtente diſpoſita generare poteſt, & hoc facere, & eſiccare, vel alterutrum tantùm, & tunc quando eſiccat, eleuat vapores, qui ſurſum delati, ſi aerem inueniunt calidiſſimum, diſſoluuntur, & ad naturam aeris redeunt, ſin autem frigidiuſculum, vel humidum, patientes antiperiſtaſim, conuertuntur in aquam: quando autem ſol directus eſt, quia nõ proportionatus eſt calor, eſiccat, & aliqua corrumpit, quæ ſimul colligata erant, deſtruendo enim frigiditatem, diſſoluuntur, hinc eſt quòd eo tempore plurimum animalia bibunt, ne calore multo pereant, hæc igitur facit ſol, moderatus autem, & proportionatus, quæ nobis commodiora ſunt facit, an autem primaria, vel ſecundaria intentione id faciat,
3 ſuperius narraui.* Ad aliud ſol habet duplicem motum, proprium, quem finit in anno, & motum raptus, quem finit in die, & per acceſſionem ſolis ad nos, intelligimus motum proprium, & ſic vno acceſſu generat, in quo plures concurrunt acceſſus, & receſſus motus diurni, idiotę, etiam hoc
4 ſciunt.* Ad aliud de intento reſpondet D. Tho. ſup. 2. de gen. lec. x. vbi. d. circa ſecundum ſciendum quòd non ſolùm acceſſus, & receſſus periodum facit, quia aliter in hyeme nullum animal naſceretur, ſed potius quodlibet moreretur, & nullius vita deberet extendi vltra annum, quòd manifeſtè eſt falſum, ſed periodum facit relatio aſcendentis ſigni ſuper orizontem ad omnia ſigna circuli cùm ſuis ſtellis, & planetis in hora generationis rei inferioris, quæ cauſatur à circulo cæleſti, hoc enim modo menſura quorundam eſt annus, & quorundam plus, vel minus ſecundùm effectus ſignorũ, & fortitudines ſtellarum, quę ſitæ ſunt in ſignis, & hoc modo verum eſt q̃ ęquale eſt tempus generationis, & corruptionis, quia à primo ſigno aſcendente in hora rei computatur profectus rei vſque ad 7. ſignum eiuſdem circuli, & à 6. ſigno ad primum computatur defectus, & ideo in Aſtrologia ſeptimum ſignum vocatur domus mortis, & aſcendens domus vitæ, & propter hoc generatio rei vocatur profectus vſque ad ſtatum, poſt ſtatum vſq; ad declinationem, & à declinatione vſque ad mortem vocatur periodus corruptionis, quia ęqualia ſunt ſecundùm naturam, quia à primo ad ſeptimum tantùm eſt, quantùm à ſeptimo ad primum per aliam, & aliam partẽ circuli menſurando, & ideo ſi periodus profectus hominis ſunt triginta quinque, vel quadraginta anni, vt dictum eſt à medicis, periodus defectus

tantun-

tantumdem erit,ętas itaque hominis erit 70.aut 80.annorum: poteſt tamē hoc impediri per accidens,vt per cibum malū, vel mortem violentam,vel alio quocunque modo,& hoc vocat Ariſt. materiæ inæqualitatem,quia ſcilicet per accidens multa ſunt diſpoſita quàm moueantur à circulo, & ideo diuerſimodè moriuntur homines citius,& tardius,quàm per naturam mortales ſint,ſimiliter,& alia animalia, & hoc modo ætates ſunt omnium rerū, quia planetæ in circulo periodali poſiti quādo ſunt fortiores dant plures vitæ annos,quando debiliores, pauciores: quicunq; igitur ſciret durationem omnium aſpectuum, & omnium coniunctionum, & ſciret vires omnium Syderum exiſtentium incirculo cęleſti quando res generatur de duratione ipſius rei genitæ,aliquando prognoſticari poſſet, ſed omnimodam veritatē non haberet,quia vt communiter ponitur,impediri poſſet à libero arbitrio. Habes igitur quomodo obliqua ſolis latio ſit cauſa generationis efficiens; quæ autem vltimo dicit.

TELESIVS cap.37.calorem,& frigus eſſe hæc efficientia,nō obſtant, & inſtrumentalia enim,& primaria ponimus nos iſta prima efficientia, & ſolem, & hominem generare hominem in noſtra philoſophia ſępeſępius dictum eſt.

SEXTA DISPVTATIO
DE CALORE.

ARISTOTELES vult ꝙ aer nos circūdās ſit maximè opus calefieri, & igniri mediante motu,& lumine ſupercęleſtium:nam ſi motus,& confricatio habent ignire lapides, & ferrum, ergo multò magis aerem, & rationabilius hoc videtur magis de aere,cùm ſit aptior calefieri, quia propinquior naturæ ignis. Et antecedens multis patet exemplis notis experientia:ſagitta enim in cuius extremitate ponitur plumbum, ſi longius proiiciatur plumbum,vel aliquando ferrum liqueſcit ſimiliter,& de calype, & lapide, quibus fortiter inuicem percuſſis,ignis generatur, & cùm talia igniantur, oportet ꝙ magis & aer iſta,& omnia circundans, & cùm ad ignitionem ſit aptior: Et talis ſagitta ex confricatione in aere ignitur, & ex diuiſione facta in ipſo à ſagittis:ſiquis diceret Ariſtoteli,cur in ſferis cęleſtibus intermedijs,quæ ſuperioribus ſunt propinquiores,& ipſi ſoli hoc non accidat? reſpondet ex carentia potentiæ, nō igitur ſunt ſuſceptibilia peregrinarum,impreſſionum. Et d.quòd ſenſu patet quòd ex ſole maximè ſequitur calefa

ctio, cùm magis ad nos appropinquatur, & tunc caliditas magis intenditur, quòd non ſic apparet ex ortu, & appropinquatione aliorum planetarum.

TELESIVS cap. 42. volebat probare aerem nullo modo poſſe à ſole
1 conteri, vt ex eo incaleſcat. * Primo quæ apud nos contrita incaleſcunt ſunt ſolida, dura, ſtabilia, & firma, renituntur ferienti, & excipiunt, & ſubſtinent ictum, & plagam eadem ſui parte, nam quæ ferienti cedunt, & plagam effugiunt, vel quæ ſemel eadem ſui parte feriuntur, contritu illa calere minimè videntur, ſed quæ conterunt, ideo calorem iis quæ conterunt, indunt vbi ictus, & plagas inferunt multas, & crebras, non vbi illa contingunt, quocunque ferantur motu, id agunt, nec vbi contingunt quidem illa commouentque, ſed non in illa inferuntur, nec percutiunt omnino illa, ſed circum illa voluuntur, & circum agunt, nil illa ferientia, vbi non fit aliquid horum, vel ſi diuidant illa, & ſecent, calorem non indunt, quia nec una plaga nec pluresſi ſpatio interiecto, inferantur, calorem inferre poſſunt, quia calor per exiguus, qui factus eſt ab vna plaga, priuſquam altera incutiatur, perit,
2 & elabitur.* P. quæ conterunt non ſolùm illa contigere, ſed diu, & frequẽter, & magno impetu, & magna vi comprimere videntur, ſublunaris igitur aer à ſole non incaleſcit, quòd ab eo conteritur, & verberetur, & percutiatur, cùm ipſeque ferienti, & percutienti ſoli minimè cedat, ſed renitatur, & ictus omninò excipiat, & ſubſtineat, quorum neutrum euenire apparet, quia ſol non modò non verberat, ſed quàm longiſſimè abeſt, vt illum con-
3 tingat.* P. aer incluſus in re anguſta, & contuſa nullum calorem aſſumere videtur, quòd non præuenit, effugitque plagam præuentus à celeritate feriẽtis, at idem nunquam ab altera percutitur, ſed qui ſemel percuſſus eſt elabitur aliuſque eius locum occupat, vt nunquam idem remanens bis feriatur idem, & ſi aer eſt in aperto loco, eò minus poteſt videri conteri à ſole, ſi ſol per ipſum teratur, vt ob contritionem incaleſcat, quia præuentus ab eius celeritate, nunquam bis idem repercuſſus ſi ſit, abſumpturus calorem ob plagas, ſimul oportet verberetur vniuerſus, ſol igitur nullo modo poteſt dare calorem aeri, eò quòd ipſum verberet, & percutiat.

Quod lux non ſit calida. MARTA primo volo probare quòd lux non ſit calida, nam viſus videndo luces fortes dolet, & patitur, & lucis intenſæ ſimulacra in oculo remanent poſt aſpectum, & locum minoris lucis faciunt apparere tenebroſũ,
1 donec ab oculo veſtigium maioris lucis euanuerit, ſi igitur lux eſſet calida, oculum deſtrueret, cùm operetur in viſum contra ſe conuerſum aliqua impreſſiuè.* P. lux fortis oriens ſuper uiſum, & medium, quædam occultat ui
2 ſibilia, ergo ſi eſſet calida ureret oculos, quia ſi eſt multa, occupat aliqua: antecedens probatur, hæc enim eſt ratio cur ſtellæ non uideantur de die, quia lucis ſolaris uehementia occupat totam capacitatem uiſus, propter ꝙ minores motus, & tactus ſunt imperceptibiles propter eccesſum maiorum motuum, unde licet radij ſtellarum moueant uiſum in præſentia ſolis, motus tamen earum non eſt ſenſibilis propter eccellentiá maioris impreſſionis:

ſionis:qđ patet per oppoſitum,quia ſole exiſtente in meridie, homo qui in puteo ꝓfundo videt ſtellas perpēdiculariter ſibi ſuperpoſitas, quarū . adij plus deſcēdūt ad fundū quā radij ſolares obliquè ſup puteū orientes,pp ꝙ eorū motuspōt eſſe in oculo perceptibilis. * P.tēpore nocturno vehemens 3
ignis in medio certā aufert intuitionē eorū quæ ſunt vltra ignem,propter dictam cauſam,ſi igitur lux calida,oculos vreret. * P.viſio fit per lineas ra- 4
dioſas ſuper oculum innitentes,ergo ſi tales lineę eſſent calidæ, continuè videndo ipſum,citius deſiccarent,vel ſi igneę,vrerent,ſicut ponitur illa ſolis: antecedens probatur,quia niſi ſpeties diſtinctè ſigillaret oculum,& oculus partes rei diſtinctè non apprehenderet,nec poſſet eſſe diſtinctio partialium ſpetierum,partes rei repreſentantium,niſi per lineas rectas, aliter enim inuicem confunderentur radij lucis propter interſectionem ipſorum,& rem cō fusè oculo prętentarent. * P.abſciſſis lineis rectis inter uiſibile,& viſum,vi 5
ſio ceſſat,ergo oppoſitum eſt cauſa oppoſiti. * P. per radios,qui obliquè 6
ſuper oculum oriuntur,viſio vigoratur,& ampliatur, quòd non eſſet ſi eſſet calida, & vſtularet: vigoratur enim quia licet per ſolos radios perpendiculariter cadentes,certa, & diſtincta fiat viſio, principaliter tamen certum eſt quòd licet quilibet pūctus in uiſibili ſignatus videatur per radium ſuū, oculum perpendiculariter tangendo:nihilominus nō occupat totam pupillam,dominatur autē motus perpendicularis,& iſte obliquè incidens cooperatur. * P.operatio viſibilis in viſum eſt doloroſa,quia eſt vnius generis, 7
cùm ergo operatio vehementium luminum in oculos ſit læſiua ſenſibiliter, & doloroſa,ſequitur omnes operationes luminum eſſe tales,ſi igitur lux eſſet calida,quàm citiſſimè oculos ureret,& neceſſarium eſt antecedens,quia nullum eſt viſibile adeò oculo delectabile,quin continua inſpectione ipſū afficiat fatigatione , cuius fatigationis cauſa videtur eſſe præſens inſpectio. * P.vbi maximè eſſet calor,maximè luceret,ſed in ſtuſa eſt maximus 8
calor,& non lucet,ſi feneſtræ ſint clauſę. Dicunt quòd lux illa non æquatur noſtro viſui , ſed viſibus muſicularum,& aliquorum aliorum animalium. Si hoc eſſet ſequeretur quòd talia animalia in aula bene clauſa non viderent,ſed vident vt muſcicula mures,& tamen eſt ibi maximū frigus. * P. 9
calor in ſtuſa totum corpus debilitat,quantò minus poſſet ſeruire viſui,parti corporis principaliori,& tanta materia carenti? * P.in aula albificata cal- 10
ce,& frigida,& humida,feneſtris clauſis vel nocte,videmus aliquā vmbrā, quam non videmus in ſtuſis. * P.ſi lux eſſet calida , nil diceretur à medicis 11
aulam eſſe humidam illam , quam non ingreditur ſol,ex cuius reflexione cauſatur calor , quia ſi ingrederetur,lux deberet eſſe calida . Tunc redeo ad me,& dico cęlum moueri,clarum eſſe,& quia omnes mundi partes ſunt contiguæ,corpora illa,quæ ſub cęlo erunt,etiam mouebuntur, quando autem dicimus cœlum moueri, intelligimus omnes orbes , per ea verò quæ ſub cęlo elementa,quæ in mundo,ac vitellum in ouo exiſtunt: quando autem totum ouum mouetur,& vitellum quoque moueri neceſſe eſt, ſi mo-

 bile,

bile, ſicut omnia elementa ex natura materiæ ipſorum: & talis motus ipſis ſuper naturalis exiſtit. Et quia eorum materia diuerſa à cęlo eſt, cùm moueãtur, igniri quę non ignea ſunt, oportet, dico hoc propter ignem, qui eſt adeò ignitorum ſupremum, qui amplius igniri nequit: mouentur igitur, & igniuntur, vt aer, nec ab vno ſolo cęlo, ſed ab omnibus, & quia inter orbes datur alter velocior, hic magis ipſa calefacit, & quia velociſſimus eſt primus mobilis, & hic à nobis plurimum diſtat, & ſol non multùm, & nobis propinquior, & hic primi mobilis motu graditur, iccirco aerem à ſole calefieri dicimus, & eò magis calefit, quò magis ad nos appropinquatur, & nota quòd talem appropinquationem non intelligimus minorem diſtantiam ſecundùm minorem portionem diametri mundi, quia ſic ſemper ęqualiter diſtat, ſed intelligimus maiorem appropinquationem ad zenit capitis noſtri, tunc enim ſol magis calefacit, quia tunc magis recti anguli radiorũ, quia tunc maximè fit reflexio, modò radij recti ſunt fortiores quàm cadentes non perpendiculariter, tum quia ſunt magis vniti, & virtus vnita fortior quàm diſperſa. Sol igitur calefacit magis per appropinquationem, & lumẽ, ex quo lumine cauſatur reflexio radiorum. Et nota ꝙ generalis ratio fractionis, eſt varietas diaphaneitatis: maior enim diaphaneitas minus reſiſtit luci, quare cùm facilius fit tranſitus per vnum medium, quàm per aliud, neceſſarium eſt ꝙ in ſecundo medio ſcilicet magis diſtante à luminoſo reperiatur gradus proportionalis, primo in ſitu ſcilicet ſimilis reſiſtentia: tranſitus, autem perpendicularis ingrediens, vel egrediens fortiſſimus eſt, & tranſitus non perpendicularis tantò debilior, quantò propinquior: quando igitur occurrit medium denſius, & magis reſiſtens, neceſſarius eſt radio fortior ſitus, & directio propinquior, vnde vt tranſitus per medium ſecundũ proportionetur tranſitui per primum, radius declinat ad perpendicularem erigibilem à puncto caſus per medium ſecundum, ſic patet ꝙ perpendicularis ſitus fortior eſt, non tamen per egreſſum à corpore luminoſo, imò per caſum perpendicularem ſuper medium, nec intelligendum eſt medium ad fortiorem ſitum declinare, quaſi per electionem, imò tranſitu per medium primum ad ſecundum, proportionali ad ſecundum, radius autem luminoſi ſuper quodcunque medium perpendiculariter cadens omnino non frangitur, quia eius fortitudo nullius diaphani obiecto ebetatur, aptius enim mouet omnis radius rectè, quàm obliquè. Quòd autem ſol, & alia aſtra luce calefaciant, ex duabus his euidentijs notum eſt: Primo in locis luce priuatis, vt in vmbra, remiſſior eſt caliditas. Secundo quia ex reflexione radiorũ facta à ſpeculo cauſatur ignis. Dicunt multi ꝙ ex hoc ꝙ in ſpeculo cauſatur ignis, ſumitur aſtra eorum natura fore calidiſſima. Et ego dico ſi hoc eſſet, vreret ſine ſpeculo, ſed fit cũ ſpeculo, ergo ex reflexione. P. quare fit hoc potius in ſpeculo, quàm in tabula, reddant rationem, ꝙ niſi faciãt, non eſt Calabro credendum. Dices ſi ex reflexione radiorum cauſatur calor, tũc ęx qualibet reflexione cauſaretur, modò ex reflexione lucis mul-

tarum

tarum noctularum in ſpeculo nullo modo cauſatur, nec ſentitur calor, bene verum cauſatur ex reflexione lucis corporum calidorum. Reſpondeo ꝙ generaliter ex qualibet reflexione cauſatur calor, ſed ſicut attēditur hoc, ꝙ quantò aliquod plus reflectitur, tantò debiliorem cauſat calorem, demū poſtea nullum facit, exemplo lunæ, quæ lumen quòd ab ipſo recipit ſole reflectit ad nos, ex qua reflexione lunæ ad nos debilis calor cauſatur, ſi aliam ex hac vellemus facere reflexionem, debilior eſſet, reflexionis igitur debilitas calorem non cauſat: ſic à pari dicēdum, quòd reflexio lucis multarum noctularum debilior eſt, ideo calorem non cauſat, radij enim iſtius lucis, nō adeò, nec vllo modo ſuper corpore terſo reflectuntur, ideò calorem causāt nullum: candelæ autem radij fortiores ſunt, ideò aliquantiſper calorem generabunt. Aer igitur motu, & lumine concaleſcit. Tertiò patet ſenſui aerē concaleſcere, & calefieri in mouendo, ſumatur enim folliculus, & ſępius proiiciatur, ſi in motu tantarum proiectionum calefit, & aerem intus exiſtentem ſimul calefieri neceſſarium eſt. Hæc eſt illa igitur confricatio, quā ſumit Ariſt. volo tamē vt aduertant hoc Pedagogi, & ad quos attinet, differre confricationem, & attritionem, quia confricare eſt minus quàm terere. Plin. in Epiſt. dicebat dentes lauandos fricando præbebat, & atterere magis quàm fricare. Idem deinde refrigeratum teritur in farinam. Ex hoc patet ſolutio ad primum, quia aer non conteritur eo modo, quo ponit ratio, ſed cōfricatur, ſicut patet in folliculo, in quo aer confricatus aliquantiſper concaleſcit, ſicut etiam folliculus proiectus, & attritus. * Ad aliud dictum eſt. n. Spheras eſſe contiguas, & omnes clarū eſt moueri, & aerē calefacere qui in ipſis exiſtit ac vitellum in ouo, & quia ſol maius eſt agēs, quia maius lucēs, & maiorem effectum cauſat ſua luce, quia magis calefacit, & ipſe eſt qui maximè fertur motu primi mobilis, quia maximè videtur ipſe qui facit mane, & veſperi, & denominatio fit à præſtantiori, & ſuperabundanti, ideò dicimus aerem à ſole ſic fieri principaliter. * Ad aliud aer eſt incluſus in mundo, à quo nequit exire, qui ſi apertus eſſet, & vnde fugiret aer, eſſet, profectò calidum ipſum fieri non diceremus: oportet igitur ſi totum ouum mouetur, & concaleſcit, & vitellum quoque ſic fieri, patuit exemplo folliculi, & magis patere poteſt de veſſica aere ingurgida, in cuius aſſidua proiectione caliditatem ſuam non modò ſentiemus, ſed aeris, quo plena eſt.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

TELESIVS cap. 44. volebat probare calorem non fieri à ſole aerem conterente, ꝙ ſi ita fieret nulla eius diuerſitatis cauſa reddi poſſet. Primo nō ſemper idem fit calor, nam in meridionalibus plus quàm in borealibus, & plus in æſtate, quàm Hyeme, & ſole medium cęlum tenente, vel exoriente, vel occidente, vbi ſol magis directus, ibi robuſtior, & in aere craſſiore, quàm in tenuiore, & in planis, & humilibus terris, quàm in accliuibus, & in concauis quàm in planis, & in ſolidis quàm apertis, & in æquali, & tranquillo mari magis quàm influctuoſo, magnus, itidem in lacubus, & ſtagnis, vbi lux minimè poſſit permeare, quia quid denſum opponatur luci, & eò plus I

2 ſi id ſit leue,& terſum,& concauum.* P.ſol ab omnibus terris ęquè diſtat, niſi fortè in æſtate fiet ſublimior,& eadem perpetuò circunuoluitur veloci tate,nequaquam poteſt videri conterere illud robuſtius,nec craſſiorem ma gis repugnantem,vel tenuiorem , vel magis in meridionalibus terris quàm borealibus,vel magis ipſe æſtiuus,quàm hibernus, vel magis tenens mediũ cęli,quàm extrema,nec magis adiacentem illum in terris planis, & humili-
3 bus,quàm accliuibus,ſed ſecus omninò.* P. reddant rationem ſi oſtendãt ſolem directum obliquo robuſtius conterere, vel ſi oſtendant aerem contritum,& ignem à ſole deiectum , vſq; ad terram more pilæ magis contritum,& accenſum reſilire.

Solutio. MARTA ex t.42·2.de cęlo,& infra probatur opinionem Ariſt. fuiſſe non tantùm calorem cauſari motu,ſed lumine,& per lumen eius diuerſitatis ratio reddi poteſt. Et 1. meteor.1.dicitur quòd calor motu,'& lumine cauſatur,ibi enim d.quòd supercęleſtia motu,& lumine agunt in iſta inferiora. P. Ariſt.ait in plenilunijs noctes fiunt tepediores,quia à luna vniuerſa reflectitur lux:Et cauſam afferens,cur non iuxtà terram , ſed in ſublimi fiunt pluuiæ.d.quòd cauſa eſt,quia locus,qui eſt iuxta terram , calefit à reflexis radijs,id quod ſublimiori euenire non poteſt,quia ad ſuperiora delati radij illi,diffunduntũr,& diſgreggantur. P. cur terręmotus fiant in defectibus lunæ.d.ꝙ multùm abeſt, quia ſolis lumine priuata ſit luna,& ob id lucem,quam ab illo accipiebat,nequeat aeri communicare,refrigeratur locus circa terram,ſpiritus itaque,qui ab eo egrediebatur,recedit, eamque ſu bit,& qui concluſus,concutit terram : Nec eſt verum, ꝙ nõ loquatur ex propria ſententia,quia vbi locutus fuerit ex propria ſententia ſcilicet 2. cęli,& infra dixit quòd calor fiebat motu,& lumine,& ſic ibi ex propria ſententia, hic autem ſumpſit pro noto,dicto ibi : Nec eſt verum quòd ſi lux faceret calorem,ſuperuacaneè duxiſſet confricationem.Ad vnum enim effectum producendum ſi plures concurrant cauſæ efficientes, non eſt quid inconueniens.Nec eſt verum quòd ſi ſol calefaceret luce, ergo ipſa eſſet ca lida , ſicut ſol, quia ſuperiori diſceptatione de cęlo diffuſius improbatum eſt hoc,ſol autem calidus eſt illuminatiuè, ex quo dum huccuſque profertur cauſatur radiorum reflexio,& generatur calor,& huius reflexionis, & luminis cauſa diuerſimodè diuerſis rebus applicata poteſt eſſe cauſa omnium quæſitorum quæ quærit aduerſarius ſuperioribus duabus primis rationibus.Ipſe autem cap.46.quærebat quomodo eſt poſſibile radios corpuſcula tenuiſſima emanare à ſole , & vſque ad terram deferri, id ſummè Ariſt.repugnat.Dico quòd ſi Ariſt.repugnat, & ſibi repugnat, cùm ponat ſolem,& radios ſummè calidos , & ipſos aerem calefacere , & ſuum erat hoc declarare,quia nullum hoc Ariſt.inconueniens eſt,ſunt enim radij ſolis magni corporis , & oculi cęli vocati , & vlterius potentiam deferendi habentes . Quod autem tertio loco dicitur cap.præcedenti non obſtat , quia non attenditur contritio penes rectitudinem, & obliquitatem

tem ſolis ad nos , ſed lumen , quod dabit cauſam omnium quæſitorum ab ipſo .

SEPTIMA DISPVTATIO DE MOTV.

ARISTOTELES de motu tractans, incipiens à 5. lib. phyſ. enumerare ſpeties ipſius per ſe, oportuit primo diſtinguere de ſubiecto per ſe, vt deueniat ad eius cognitionem, cognitio.n. ſubſtantiæ præcedit cognitionem accidentis: omne igitur quòd mouetur, aut ſecundùm accidens, vt muſicum ambulare, aut ſecundùm partem, vt ſanatur corpus quia oculus, aut in eo quòd ipſum primo, & ſecundùm ſe mouetur: ſimiliter, & in mouente, aut ſecundùm accidens, vt muſicum ambulare, aut ſecundùm partem, vt ſanatur corpus quia oculus, aut in eo ꝙ ipſum primo, & ſecundùm ſe mouetur: ſimiliter in mouente, aut ſecundùm accidens mouet, aut ſecundùm partem, aut ſecundùm ſe, vt cùm medicus ſanat, & vt hinc nanciſcatur motus per ſe, venit ad declarandum requiſita ad ipſum, vt ſcilicet declaret cui eorum motus per ſe attribuatur, & d. ad motum autem quinque requiruntur primo mouens primum, & aliquid ꝙ mouetur, & tempus in quo mouetur, & duo termini ſcilicet ex quo, & in quem, quæ declarat, & primo omnis motus à quodam in quiddam eſt, magis autem à termino in quem, quàm à quo mouetur, denominatur mutatio, ſed qualitates, & paſſibiles qualitates, & locus, quæ ſunt termini eorum quæ mouentur immobilia ſunt, ex parte terminorum poteſt accipi motus ſecundùm accidens, vt quid ſit album in id ꝙ intelligere mutatur ſecundùm accidens, vt ꝙ album in colorem, & ſecundùm partem, vt qui vadit athenas, in europam, quia pars europæ athenæ ſunt, & ſecundum ſe, vt ꝙ in album colorem mutatur: quibus præiactis, vt fundamentis, declarat quatuor eſſe ſpeties mutationis, aut enim de ſubiecto in ſubiectum mutatur aliquod, aut ex ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum, aut ex non ſubiecto in non ſubiectum : ꝙ autem eſt de non ſubiecto in non ſubiectum, non eſt mutatio, per hoc quòd non eſt ſecundùm cõtradictionem neque enim eſt contradictio, neq; contraria, mutatio autem ex non ſubiecto in ſubiectum eſt generatio ſecundùm contradictionem, deinde mutationem , hanc autem, quam generationem d. ſubdiuidit, quando enim ex non albo generarur album eſt, generatio ſecundùm quid , ſed

quando

quando ex nō ente ſimpliciter generatur ſubſtantia, eſt generatio ſimplex: & mutatio illa quæ eſt de ſubiecto in ſubiectum corruptio eſt, quam corruptionem ſubdiuidens. d. quæ eſt ex ſubſtantia in non eſſe corruptio ſimpliciter eſt, quæ verò in oppoſitā negationē ſecundū quid. D. oſtēdit nec generat. nec corrup. motus eſſe, duabus rationibus, primo ꝙ nō eſt nō mouetur, ſed ꝙ generatur non eſt, ergo ꝙ generatur non mouetur, ſecundoꝙ mouetur eſt in loco, ꝙ generatur nō eſt in loco, ergo. D. oſtēdēs ea, ad quę eſt motus. d. ad qualitatē, quantitatē, & vbi eſt motus, ſed in ſubſtantia, relatione, actione, & paſſione nullo modo eſt: probat primo in ſubſt. quia ipſi nil eſt contrariū, in relatione non, quia altero ſubeunte mutationem, alterum mutationem non ſubiiciens verè dici poteſt, ideo per accidens motus ipſorū eſt: in actione, & paſſione non, quia nec ad mouere, & moueri eſt motus, ſed agere eſt mouere, & pati moueri, ergo ad ipſa non eſt motus: maior eſt vera, quia motus non eſt motus, quia ſi vnus eſſet terminus alterius, tunc idem mobile ſimul, & ſemel moueretur motibus contrarijs: ſecundo ſi mutationis erit mutatio, tunc in infinitum proceſſus redibit, tertio ſi motus, ſeu generatio terminaretur ad generationem, tunc idem ſimul generaretur, & corrumperetur. 4. omnis terminus generationis debet habere materiamſed generatio ſeu motus non habent materiam, igitur non generatur vt terminus. 5. omnis motus eſt ad terminum permanentem demonſtrabilem, ſed nec generatio nec motus eſt huiuſmodi, ergo ad eos non eſt motus. 6. ſicut generatio præceptionis non eſt præceptio, ſic generatio non eſt generationis, ſed rei genitæ. 7. ſi motus eſſet terminus, vel ſubiectum motus, tunc neceſſe eſſet ſubſtantiam eſſe aliquam trium mutationis ſpetierū. Demum oſtendit ꝙ poteſt concedi motus eſſe motum per accidens, veluti ſi is qui ſanatur, currit, aut diſcit: Cùm igitur nec in ſubſtant. nec in relatione, nec actione, & paſſione ſit motus, reſtat in qualitate, quantitate, & vbi tantùm eſſe. Deinde agit de nomenclatura eius, & d. motus qui eſt in qualitate ſcilicet paſſiua eſt alteratio, eius verò qui in quantitate, communi nomine caremus, ſed partes in quas diffunditur habent nomina, quarum altera accretio, vt quæ ad perfectam accedit magnitudinem, altera decretio nūcupatur, quę ſcilicet ab hac recedit, is autem qui in loco eſt, latio communi nomine nuncupetur: Et quia hæc dixerat de mobili, & motu, & contrariorum attinet conſideratio ad vnam partem, ideo de immobili, & quiete. d. impoſſibile eſt immobile moueri, ſicut ſonus inuiſibilis, & quòd multo tempore vix mouetur, aut tardè incipit, quòd dicitur grauiter mobile, & ꝙ aptum natum eſt moueri, non mouetur autem tunc cùm aptum natū eſt, & vbi, & ſic, ꝙ quidem quieſcere voco immobilium ſolùm, contraria enim quies motui eſt, hæc autem eſt priuatio in ſuſceptiuo motus: Et quia motus dicitur tripliciter vnus, ſcilicet genere, ſpetie, & numero, deſcendit particulariter ad tractandum de ipſo, & d. vnus genere motus ſecundùm figuras prędicamenti, vt loci mutatio omni mutationis generi vna eſt, alteratio

autem à loci mutatione altera genere eſt : motus vnus ſpetie cùm genere eſt vnus, & in indiuidua ſpetie eſt, vt omnes dealbationes ſunt vnus motus ſpetie, Et quia poſſet dubitare aliquis vnde ſortiatur vnitatem motus. d. attendi penes vnitatem termini ad quem, vt ſpatij: ſimpliciter autem motus eſt, quia in ſubſtantia, & numero vnus eſt, ad quam vnitatem tria requiruntur ſcilicet continuitas, indiuiſibilitas, & vnitas termini ad quem: adhoc autem quòd ſit continuus tria requiruntur ſcilicet vnitas ſpetiei, vnitas ſubiecti, & temporis. D. addit alias conditiones ſecundarias ad vnitatem eius requiſitas, totum enim, & perfectū ad vnitatis rationem pertinet, & eſt vnus quia regularis, irregularis autem diuiſibilis eſt, & ideo non vnus. D. deſcendit ad contrarietatem motus, & d. primo, motus qui eſt ex cōtrario non eſt contrarius ei qui eſt in contrarium, nec ei qui eſt ex contrario, ille autem qui ex contrario in contrarium contrarius eſt illi qui ex contrario incontrarium, & motus ſursū non eſt contrarius ei qui deorſum, ſcilicet in longitudine, & antè ei qui retro in profunditate, & qui ad dexteram ei qui ad ſiniſtram in latitudine: ſubſtantiæ autem, cui nil contrarium, mutatio quæ ex ipſo eſt, ei quæ in ipſum contraria eſt, vnde generatio corruptionis contraria eſt: Simpliciter autem motus motui contrarius eſt: Huic autem opponitur quies, quæ eſt eius priuatio, motui enim quæ eſt ex 6. in contrarium contrariatur quies qui eſt in 6. contrarium, & motui ex contrario contrariatur quies in contrarium: quietes etiam in terminis contrariis contrariæ ſunt. D. reſoluit quando quies non contrariatur motui, dicens accidit quieti, quæ eſt in termino ad quem ſimul fieri motui in ipſum, ſic non ſunt oppoſita. Demum concludit quòd magis motui contrarius eſt motus quàm quies. Deinde in 6. phyſicorum volens pertractare de cōtinuitate, partitione, & finitate motus, ſumit nullum continuum ex indiuiſibilibus componi, & pluribus id oſtendit rationibus, vt ad ſuum inducat hoc propoſitum, & primo inueſtigat vtrum quodlibet mobile ſit diuiſibile, & probat ꝙ ſic, omne enim exiſtens partim in termino à quo, & partim in termino ad quē, diuiſibile eſt, motus huiuſmodi eſt, ergo. Motus autem dupliciter diuiſibilis eſt, vel penes tempus, vel penes particulares partes eius ꝙ mouetur, & primo probat de partibus, nam omne quòd eſt totum in toto, & pars in parte diuiditur ad diuiſionem ſui ſubiecti, & motus huiuſmodi, ergo. 2. ꝙ totū eſt alicuius totius, diuiditur ad diuiſionem illius, ſed motus huiuſmodi, ergo, minor probatur figura mathematica t. 34. 6. phy. P. omnis motus compoſitus ex motibus partium, diuiditur ad diuiſionem totius, ſed motus cuiuſcunque mobilis eſt huiuſmodi, ergo, minor etiam figura probatur. t. 35. D. probat quòd ſit diuiſibilis ratione temporis, & primo omnis motus eſt in tempore, omne tempus eſt diuiſibile, & minor motus eſt in minori tempore, & maior in maiore, ergo motus diuiditur ratione partium temporis, ꝙ etiam figura probat ratione mobilis. D. de ordine partium motus inueſtigare perquirens, & primo an ſit primum in motu, ſumit ꝙ omne ꝙ mutatum

eſt, eſt in eo ad ꝙ mutatum eſt, nam omne ꝙ mutatur à quoddam, & ad quoddam, ꝙ igitur mutatur, cùm mutatũ eſt, eſt in eo ad ꝙ mutatũ eſt. 2. in generatione omne ꝙ mutatum eſt ad aliquid, eſt in illo, ad ꝙ mutatum eſt, ergo ſimiliter in alijs mutationibus, cùm ipſorum ſint quo quo modo generationes, primum autem mutatum. d. eſſe indiuiſibile, iccirco non eſt tempus, nec aliquid diuiſibile, & volens loqui de ordine mutati ad motum præponit ꝙ omne ꝙ mutatur in tempore mutetur, & ꝙ id ꝙ mouetur primo in aliquo tempore, mouetur in qualibet parte illius temporis, & ratio eſt, pro qua ſumit, ꝙ ideo primo aliquid eſt motum in toto tempore, quia in vltimo illius motum eſt. 2. ſumit ꝙ inter iſta nunc, eſt tempus: tunc ſic, ſicut de toto motu, ita de parte, ſed totus motus terminatur ad mutatum eſſe, igitur, & pars motus, & medietas partis, & ſic in infinitum. P. omne ꝙ continuò mutatur à principio alicuius temporis vſque ad finem, neceſſe eſt aut mutari ante quodlibet nunc ipſius temporis, aut eſſe mutatum, ſed non cõtingit mutari, ergo reſtat ſolùm eſſe mutatum, ſed in tempore ſunt infinita nunc, ergo omne ꝙ mutatur infinities eſt mutatum. D. oſtendit quomodo omne mutatum præceſſerit mutari, & præſupponit ꝙ omne ꝙ mutatum eſt ex quoddam in quiddam tempore mutatum eſt, ꝙ probat ratione mathematica, & tempus eſt diuiſibile, igitur in dimidio mutatum eſt, & in dimidio rurſus, & ſic in infinitum, D. tranſit addiuiſionem quietis, & primo probat de ſiſtentia, ꝙ ſcilicet omne ꝙ ſiſtitur mouetur cùm ſiſtitur, & ratio eſt, quia omne aptum moueri, aut quieſcit, aut mouetur, ſed ꝙ ſiſtitur, dum ſiſtitur eſt aptum moueri, aut igitur quieſcit, aut mouetur, ſed nõ quieſcit, ergo mouetur, & cùm omne quòd ſiſtitur moueatur, neceſſe eſt ꝙ omne quòd ſiſtitur in tempore ſiſtatur, ſecundo quòd velocius, & tardius mouetur in tempore eſt, ſed ꝙ ſiſtitur velocius, & tardius mouetur, ergo ꝙ ſiſtitur in tempore ſiſtitur. D. probat ꝙ non detur prima pars ſiſtentiæ, vt de motu dictum eſt, vt enim non eſt quicquam in quo primo mouetur id, ꝙ motum cietur, ſic neque quicquam eſt in quo ſtat id ꝙ primo dicimus ſtare. D. tranſit ad quietem, & probat non eſſe aliquid primum in quo quieſcens quieuerit, illud autem dicimus quieſcere ꝙ non mouetur quando, & in quo aptum natum eſt moueri, ꝙ tunc dicemus cum aliquid ſe habet ſimiliter nunc, & prius, hæc autem non eſt in impartibili. Deinde in ſeptimo phyſicorũ vt determinet neceſſitatem ponendi primum mobile, primum motum, & primum motorem, ſumit quòd omne quòd mouetur, moueatur ab alio, & probat, omne quòd ab extrinſeco mouetur ab alio mouetur, & itidem omne quòd ab intrinſeco, ſed omne quòd mouetur ab extrinſeco, & intrinſeco mouet̃, ab alio, ergo omne ꝙ mouet̃ ab alio mouetur: probatur ſecunda pars maioris, nam ſi aliquod ꝙ mouetur quieſcit ad quietem alterius, ab alio mouetur, ſed omne quòd mouetur quieſcit ad quietem alterius, ergo omne quòd mouetur ab alio mouetur. D. vt hoc iterum inferius probaſſet, facit quaſdam diuiſiones, mouentium enim, & eo-

rum quæ mouentur, alia ſecundùm accidens mouent, & mouentur, alia per ſe: ſecundùm accidens dupliciter, vel quia ſunt in mouentibus, aut in his, quæ mouentur, vel quia mouent, & mouentur ſecundùm partem. Per ſe ipſa verò dicuntur mouere, & moueri quæcunque mouent, & mouentur nõ in eo quòd ſunt in mouente, aut in his quæ mouentur, neque in eo quòd pars aliqua mouet, aut mouetur. Eorum autem quæ à ſeipſo mouentur, alia à ſeipſo mouentur, alia ab alio, & rurſus eorum quæ mouentur, alia natura mouentur, alia violentia, & extra naturam: quòd à ſeipſo ſecundùm naturã mouetur, vt quodlibet animalium, quorum principiũ motus eſt in ſeipſis, corpus autem, & à natura, & præter naturam dicitur moueri: Eorum autẽ quæ mouentur ab alio, quædam à natura, & quædam præter naturam, vt terra ſurſum, & ignis deorſum: tunc procedit ad probandum quòd omne motum ab alio mouetur, nam omne quòd mouetur natura, aut pręter naturam, mouetur ab alio, ſed omne ꝙ mouetur natura, aut præter naturam mouetur, ergo omne ꝙ mouetur ab alio mouetur: in animalibus autem id ꝙ mouet, & ꝙ mouetur diuiſum eſt. D. probat ꝙ grauia, & leuia non mouentur à ſeipſis, nam omne ꝙ à ſeipſo mouetur, poteſt ambulare, & conſiſtere ſe, ſed inanimata non poſſunt ambulare, & conſiſtere ſe, ergo: Tum quia à ſeipſis moueri eſt officium vitæ, & animantium proprium. P. ſi inanimata poſſent ſeipſa mouere, tunc poſſent ſurſum, & deorſum moueri: conſequens eſt falſum, ergo. P. quandocunque aliquod mouetur à ſe, diſtinguitur ſemper mouens ab eo ꝙ mouetur, ſed grauia, & leuia ſunt continua, & copulata, ergo, Et volens declarare à quo elementa moueantur. d. quòd quædam ſunt motiua extra naturam, vt vectis non natura grauis motiuus eſt, alia autem natura, ut actu calidum motiuum eſt eius quòd potentia calidum, tunc. d. ꝙ ignis, & terra mouentur ab alio vi cùm præter naturam, natura verò, cùm ſub potentia ad ſuos actus mouentur: & quia hæc potentia multipliciter dicitur ideo eam diſtinguit, eſt enim aliquod primo potentia eſſentiali, deinde accidentali, tunc. d. ꝙ ignis potentia eſſentiali mouetur à generante, aut à remouente impedientia per accidens: quare concludit omnia moueri ab alio, quæ mouentur. Cùm autem non ſit abire in infinitum, neceſſe eſt in mouentibus, & motis inuenire primum motum, & primum motorem, ꝙ figura probat 7. phy. t. 4, vt autem probet mouens eſſe cõtinuum, vel contiguum mobili, ſumit quòd mouens primum, non ſicut finis, ſed vnde principium motus ſimul eſt cùm eo quòd mouetur, & nihil eorum eſt medium, cùm verò tres ſint motus ſcilicet ſecundùm locum, ſecundùm qualitatem, & ſecundùm quantitatem, ita tres ſunt ſpeties mobilium, ideo primo probat de motu ſecundùm locum, & ratio eſt, quia omne quòd à ſe ipſo mouetur, ſimul eſt cùm ſuo motore ſed omne quòd à ſeipſo, vel ab alio mouetur, mouetur, ergo omne ꝙ mouetur, ſimul eſt cùm ſuo motore: probat ſecundam partem maioris petiti ſyllogiſmi, nam omne ꝙ pellitur, aut trahitur, aut vehitur, aut voluitur, ſimul eſt cùm ſuo motore, & omne

tale ab alio mouet̃,ergo omne ꝙ ab alio mouet̃ ſimul eſt cũ ſuo motore,ex quo infert ꝙ omnes alij motus ab altero,ad hos reducunt̃ quattuor. D.declarat q̃d hęc ſint,& d. Tractio ē cũ motus trahētis adſeipsũ,aut alterũ eſt velocior,& nõ eſt ſeparatus ab eo ꝙ trahit̃.Pulſionũ,alia impulſio: alia expulſio: ĩpulſio ē cũ mouēs ei ꝙ mouet̃ nõ deficit expulſio ē cũ expellēs deficit ei ꝙ expelliti: vehens aut mouet ꝑ pulsũ,aut ꝑ tractũ,aut ꝑ vertiginē,quare vectio in tribus neceſſario erit motibus,& vertigo cõponit̃ ex tractu, & pulſione: pulſio eſt à ſeipſo,vel ab alio ad aliud motus, ꝓiectio eſt quando velocior ſit motus eò ꝙ ſecundũ naturã fertur fortiori facta pulſione. D. probat principale intentũ inductione facta in motu alterationis,augmenti, & diminutionis. Ex quibus cõcluſit ꝙ omne quòd mouetur habet motorē, ex quo neceſſe eſt dari primum motum,ne detur proceſſus in infinitum,primum motorem,& primum mobile: & primo probat quòd neceſſe eſt deuenire ad aliquid primum,ꝙ vel ſit immobile , vel moueat ſeipſum : pro quo ſupponit quòd aliquod mouens dupliciter eſt , aut enim non propter ſeipſum eſt mouens , ſed propter alterum , aut propter ſeipſum, ſed quòd propter ſeipſum aut mouet per plura media,aut per vnum tantùm, vt baculus mouet lapidem,& mouetur à manu mota ab homine , vtraque autem mouere d.ſed magis primum,illud enim mouet vltimum, ſed non è cõtra, & ſine primo vltimum non mouebit,ille autem ſine hoc, & quia infinitorũ non eſt aliquod primum,ideo in mouentibus,& motis non eſt ire in infinitum,ergo deueniendum eſt ad vnum ꝙ mouet,& non mouetur, & probat quia principale motum neceſſario mouetur,& non mouet,ſed inſtrumentum mouet,& non mouetur,ergo principale mouens mouet, & non mouetur. Id etiam probat authoritate Anaxagorę dicentis mentem cùm ſit principiũ motus, & ipſum faciat ſolùm mouere , & nullum ſuſcipere motum, & mixtione pęnitus vacare. P.impoſſibile eſt ꝙ mouens ſecundùm eandē ſpetiem moueatur,qua mouet, quia tunç oportet vſque ad indiuidua diuidentem peruenire, vt ſi aliquis docet geometrizare , hoc idem doceri geometrizari , nec eſt neceſſe ꝙ mouens vno genere motus moueatur alio genere,ſed neceſſe eſt ſtare,quia motus ſunt finiti. D.oſtendit quòd,& ſi deueniamus ad primum ꝙ ſit ſeipſum mouens,ꝙ nihilominus neceſſe eſt deuenire ad primum ꝙ eſt immobile . Pro quo ſupponit primo ꝙ omne ꝙ mouetur eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, & quòd mouetur per ſe continuum eſt , tunc probat ꝙ totum non mouet totum per ſe primo quia tunc totum feretur,& non feret ſecundùm eandem loci mutationem. P. ſi aliquod totum moueret totum,tunc idem ſimul erit actu,& potentia. D.probat ꝙ totum non ex eo mouet ſeipſum,quia quælibet pars mouet aliã, quia ſi vtraque pars moueat vtranque,tunc neutra erit primum mouens,proba-
1 tur cõſeq. nam primum mouens id eſt ꝙ magis eſt cauſa quàm inſtrumentum , & cui principatus motus datur,ſed natura eſt magis cauſa,& origo, ergo natura eſt primum mouens. P.pars mouens contingit non moueri,igi

tur altera pars quam mouet continget, non reagere motum in partem mouentem: ponatur in eſſe quòd non reagat mouendo partem mouentem, & erit motus, altera igitur erit mouens, & altera mota tantùm: ꝙ, & iam alijs ſignatis probat rationibus: Ex quibus concludit quòd totum non mouet totum per ſe primo, nec totum ex eo mouet ſeipſum quia qualibet pars mouet aliam, nec totum moueri dicitur, quia pars mouet partem ſeipſam, aut ſingula ſingulam: Ex quo concludit dari primum mouens immobile ab omni exterius mutatione, & ſimpliciter, & ſecũdùm accidens quòd ſit motiuum alterius, & eſt cauſa perpetuæ generationis, & per conſequens ſempiternus, ꝙ ſi ſint plura quoque perpetua erunt, vnum autem potius quàm plura putandum eſt, & finita quàm infinita, ſi autem aliud, & aliud eſt mouens, non continuus erit motus, ſed conſequenter ſe habens, at ſi continuus eſt, vnus nimirum eſt, ex quo primo mouente arguit vnum primum motũ & per conſequens vnum primum mobile. D. probat ꝙ hoc primum mouens nec moueatur per accidens, quia tunc impoſſibile eſſet mouere motũ ipſum continuum, ex quo habetur cur non vniuerſa aut quieſcant, aut moueantur, aut alia ſemper moueantur, alia ſemper quieſcant, ſed quædam interdum moueantur, interdum quieſcant. Et vlterius aſſignat cauſam, nam quædam ab immobili ſempiterno mouentur, ideo ſemper mouentur, quædam ab eo mouentur, ꝙ mouetur, & mutatur, ideo, & ipſa mutentur neceſſe eſt: immobile autem ſemper eundem mouebit motum, & eodem modo, nihil ſcilicet habitudini mutans ad id ꝙ mouetur: Ex quo vult ſcire tres quæſtiones, prima vtrum omnis motus ſit continuus, ſecunda dato ꝙ ſit continuus, quid ſit iſte, tertia quis ſit primus motus: Pro quibus omnibus ſumit vnum, quòd neceſſarium eſt vnum, & eundem eſſe primum motum, & continuum, quo primum mouens mouet: tunc reſpondet primo ad tertiã q̃ſtionẽ, & d. cum tres ſint motus, alius ſecundũ magnitudinem, alius ſecundum paſſionem, alius ſecundùm locum, quem vocamus loci mutationem, hunc ſcilicet tertium neceſſarium eſt eſſe primum, ꝙ probat, quia loci mutatio eſt prima omnium motuum, ꝙ probat, quia augmentum non poteſt eſſe ſine alteratione, nec alteratio ſine loci mutatione, ad hunc igitur reducuntur, ideo eſt primus motuum loci mutatio. P. graue, & leue, molle, & durum, calidum, & frigidum ſunt denſitates, & raritates, hę autem cõgregatio quædam, & diſgregatio ſunt, ſecundùm quas eſt generatio, & corruptio ſubſtantiarum, ſed quæ congregantur, & diſgreggantur neceſſe eſt mutari ſecundùm locum: Poſtea reſoluens primam, & ſecundam quæſtionẽ diſtinxit ipſum primum, eſt enim natura primum, & tempore, & ſubſtantia ideſt perfectione, & ſupponit vnum, poſterius demonſtrandum, quòd ſcilicet motus ſit continuus, tunc. d. dignius eſt motum eſſe continuum, quã cõſequenter eſſe, ſed ꝙ dignius eſt, ſemper accipimus in natura ſi poſſibile eſt eſſe, eſt hic igitur primum natura. Eſt & etiam primũ tempore alijs motibus, quia perpetuum eſt, probat, nam in vnoquoque habentium generationem,

rationem, loci mutationem neceſſe eſt poſtremam motuum eſſe. P. impoſſi bile eſt generationem eſſe primum omnium motuum, quia tūc omnia, quæ mouentur, eſſent corruptibilia, & augmentum, alteratio, decrementum, & corruptio patent ꝙ ſint poſteriores generatione, ergo motus localis præcedit tempore. Eſt & etiam primum ſecundùm ſubſtantiam ideſt ſecundùm perfectionem, quia ꝙ non mutat ſubſtantiam perfectius eſt eo ꝙ mutat, ꝙ autem mouetur ſecundùm locum, ſubſtantiam non mutat, & ꝙ augetur, & decrementum patitur tranſmutatur ſecundùm quantitatem, & ꝙ alteratur ſecundùm qualitatem, ergo. Quamobrem concludit loci mutationem eſſe primam omnium motuum. D. rationabiliter vult abſoluere primam quæſtionem, ꝙ ſcilicet non omnis motus ſit continuus, niſi localis continuus, & perpetuus, vnus, & idē exiſtens, probat, quia inter oppoſitas mutationes non eſt quid continuum, ſed inter ipſas medium tempus erit, generationis autem, & corruptionis termini ſunt eſſe, & nō eſſe, alterationis termini ſunt contrariæ paſſionis, augmenti, & decrementi ſunt magnitudo, & paruitas, ſiue perfectio magnitudinis, & imperfectio, quare ſi ſolùm medium ſit tempus, non erit mutatio cōtinua, idem probat de aliquibus motibus localibus nam ꝙ mouetur rectè, & finitè, non mouetur continuè, quia reflectitur motus, ſed ꝙ motu reflectitur, id contrariis motibus ſit, ſed inter contraria eſt tempus, ergo: idem patet de motibus ſurſum, & deorſum, dextrorſum, & ſiniſtrorſum, nullus igitur motus reflexus eſt vnus, & continus: Ex quo determinat ꝙ vnus motus, & continuus eſt, quia eſt vnius ſubiecti, & in vno tempore, & in eadem re non differenti ſecundùm ſpetiem: motus autē, qui ſuper lineam circularem fit, vnus, & continuus eſt, nullum. n. impoſſibile accidit, probat, quia motus continuus eſt ab eodem in idem, ſicut circularis, rectus autem, & alij ab eodem in aliud, non erit igitur niſi circularis continuus. P. ꝙ ſemper in alio, & alio medio fit contingit moueri continuè, ſed motus circularis huiuſmodi, rectus autem, & alij in iiſdem mediis, & contrarijs vt probatū, ergo tātùm motus circularis de motibus localibus eſt cōtinuus. D. probat ꝙ hic motus circularis ſit primus omniū motuum, quia ipſe eſt alijs magis ſimplex, & ꝑfectior, quia nō eſt reflexus, vt alij. P. prior eſt, cui contingit perpetuum eſſe, non contingenti perpetuum eſſe, circulari autem contingit &c. ergo. P. motus qui habent principium, medium, & finem finiti ſunt, & habent iſti quietem, quæ contraria eſt motui, non igitur ſunt iſti, ſed circularis tantùm continuus. Vltimo oſtendit quale ſit primū mouens, ꝙ ſcilicet ſit indiuiſibile, impartibile, & nullam prorſus habeat magnitudinem, & ꝙ moueat ſine labore, & motu ſemper vniformi. Hæc ab Ariſtotele in his quatuor libris, in quibus de motu tractat, ſicut flores, collegimus.

Telesivs 2. cap. 54. volebat probare inanes eſſe Ariſt. rationes, qui
1 bus probatur, ꝙ omne ꝙ mouetur ab alio moueatur. Primo hoc ei minimè licet ponere, quia ſummè damnat id ponentes, & cui animalia nequaquam

ex anima,& corpore vt è diſtinctis,& ſeparatis rebus,ſed vt materia,& forma conſtare videntur,& nihil ſit in vniuerſo compoſito, ꝙ alterum modò aut non vtrunque videri poſſit:& ꝙ vult. 2. de ani.64.operationes quę poſſent videri animæ,eſſe animalis, animæ ſolius nullam, quæ nunquam ſola, ſed corpori vniuerſa,vt propriæ materiæ immerſa. * P.concedatur hoc ſibi,minimè eſt concedendum ꝙ declaret exemplo motus totorum animalium quæ ſunt ſimilaria , & vnum moueri ab alio à ſeipſis diſtincto, quia Ariſt.videtur anima in eſſe corpori,vt diſtincta, & ſeparata, & res, & corpus ſua natura immobile videtur moueri ab ea,nequaquam oportet declarari quæ poſſunt videri vnum moueri ab alio à ſeipſis diſtincto, & ſeparato, exemplo totius animalis,ſed exemplo ſolius animæ,à qua corpus,ceu onus quoddam circumpoſitum defertur, non à ſeipſo, nec à propria ſubſtantia, ſed ab alio ab ipſa diſtincto,& ſeparato moueri ipſam demonſtrandum,nimirum è modo ſimplicis,& ſimilaris rei,ſpõtanei,& naturalis motus, declarandus modus,quo ſimplex,& ſimilaris res moueatur ſponte, & natura,nõ exemplo motus rei,quæ minimè ſimplex,& minimè ſimilaris. * P.cur animatorum,& viuentis debet videri proprius motus,non eorum omniũ,quæ aſſiduè videntur moueri à ſeipſis, & ſeruari motu? imò ignis debet videri multò magis proprius, quàm animalium,qui non conſtat ex duabus partibus,ex altera immobili, vt animalia,& quæ omninò mouenda ſit,vt moueatur ab alia,ſed totus mobilis eſt, & è contra mouetur totus, & nunquam à motu defatigari.& robur ſumere,& accendi videtur,& viuificari. * P. abſurda eſt ratio ꝙ propterea ignem ab alio moueri.d. quia non præditus eſt facultate ſiſtendi motum,quia propterea debet videri à ſeipſo propria ſubſtantia,& natura moueri,ꝙ minimè poteſt ceſſare à motu : nam quæ motũ ſiſtunt,propterea ſiſtunt,ꝙ alienis mouentur viribus,quæ, quia non perpetuò adſunt, perpetuo non poſſunt moueri , vel quia non tota ipſa mobilia ſunt.* P.ſummè videtur incuſandus Ariſt.ꝙ vni,& eidem enti,& mouẽdi, & à motu ceſſandi principium indit,cùm contrarijs operationibus, contrariæ ſint naturæ. * P.multò minus debet videri ignis non moueri à ſe, quia vnus,& continuus,non diuiſus in partem agentem, & patientem,& nullo modo ille motus,qui exiſtit proprius , & naturalis,à quo quando aliquod mouetur,non ſolùm nihil mutatur à propria ſubſtantia, ſed nec à proprio loco,nec mutat locum, poteſt dici paſſio.

2 (margin, beside "P.concedatur hoc ſi-")

3 (margin, beside "P.cur ani-")

4 (margin, beside "P. ab-")

5 (margin, beside "P.ſummè")

6 (margin, beside "P.multò minus")

Definitio motus

MARTA motus eſt actus entis in potentia, ſecundùm ꝙ in potentia. Pro quo eſt notandum ꝙ mobile antequã moueatur eſt in actu exiſtendi, ꝙ niſi eſſet,moueri nõ poſſet,& in potentia ſubiectiua,& receptiua ad actũ, quem motum dicimus ſimiliter ad formam per motum acquiſibilem,'ipſũ autem ſi materialiter vel fundamẽtaliter conſideremus forma eſt fluens de eſſe imperfecto ad eſſe perfectum,cuius gradus poſt gradum ſucceſſiuè in eo ꝙ mouentur acquiruntur,eadem ergo res eſt actus, quem motum dicimus,& forma motum terminãs,hic verò dicitur dum actu fluit,& gradua-

liter

liter acquiratur, eius verò terminus eſt dum actu totus in eo ꝙ mouebatur ſubſiſtit, præſentibus.n.habitibus in materia ceſſat motus: formaliter autē ſi motum conſideremus, eum paſsionem ſucceſsiuam eſſe, de genere tranſmutationis, vt ex Auer. 3. phy. & Ariſt. in 5. cognouimus, ab hac forma, quę abſoluta ratio eſt, ſed reſpectiua mobile formaliter mouere dicitur: vnde in motu alterationis v.g. maximè autem quo aqua frigida per ignem calefit, potentia ad calefactionem erat, & ſic formaliter calefieri denominatur, & per hanc ad caliditatem tendit, cuius gradus poſt gradum continuè acquirit, donec in ea compleatur, ex quibus motus ſecunda definitio, qua dicitur eſſe actus mobilis, vt mobile, patefit, Motus autem formaliter reſpectus eſt extrinſecus adueniens mobilis ad mouens, quam paſſionem formalem in categorijs diximus, huius verò correlationem reſpectu agentis, ſiue mouentis ad mobile, ſeu paſsionum actionem formalem docuimus, & hãc in potentia actiua immediatè, & mediatè in mobili ſubiectari intelligimus, formam verò fluētem, & gradualiter acquiſibilem actionem, paſſionem, & motum materialem dicimus, actionem quidem dum eſt ab agente, paſſionem dum recepta in paſſum, & motum, dum in fluxu eſt, nominamus, & hanc non in agente, ſed in paſſo, & mobili ſubiectari dicimus. Sciendū vlterius ad motum ſex concurri.ſ. Mouens, Mobile, Terminum à quo, Terminum ad quem, Tempus, & locum, quæ in motu calefactionis videri poſſunt, ignis.n.eſt mouens, aqua mobile, frigiditas aquæ, ſeu carentia caloris, terminus à quo, calor in aqua productus, terminus ad quem, & mora calefactionem hanc menſurans, tempus eſt, mobile autem quia eſt ens naturale, ſine loco non eſt: ſunt igitur hæc declaranda. Mouentium quædam mouent per ſe, & quædam per accidens, per ſe, quæ cum ratione cuiuſcunque alterius extrinſeci, vt anima corpus, & manus lapidem, hæcque duplicia ſunt, quædam.n.mouent per ſe primo ideſt ſecundùm ſe totum, & quamlibet ſui partem, & dicitur principale vt anima corpus, alia ſecūdùm aliquam ſui partem, vt homo mouet lapidem pede, mouens autem per accidens eſt quòd mouet aliquod ſui extrinſecum, ſiue per inſtrumentum, vt cauſæ ſuperiores per inferiores, & formæ ſubſtantiales per diſpoſitiones quantitatiuas, & qualitatiuas, nihil autē mouet ſe primo, primitate totalitatis, & adęquationis quia hoc conuenit toti, & cuilibet parti, & ſic ad quietem cuiuſlibet partis neceſſe eſt totum quieſcere, primitas verò adęquationis denotat cauſalitatem motus ineſſe primo toti pręciſè, & ſic ad quietem vnius partis non neceſſariò totum quieſcit, cùm autem quieſcere, & non quieſcere contradicãt, ſimul vni toti conuenire non poſſunt, & per conſequens nil idē ſe primo mouet, primitate totalitatis, & adęquationis, ſed ratione vnius partis, vt animal, in quo anima eſt pars mouens, anima pars per ſe mota. Mobiliū etiam quædam mouentur per ſe, quædam per accidens: per ſe, quòd non ratione extrinſeci, vt corpus ab anima propria, ab alio autē mouentur, quæcunque à principio extrinſeco non conferente vim paſſo, vt

Marginal notes: requiſita ad motum. — Mouens. — Mobile.

lapis

lapis proiectus ſurſum, & hic motus violentus eſt, quia contra inclinationem naturalem mobilis, ideo eſt in principio intenſus ab impetu impreſſo à mouente, & in fine remiſſior, impetu iam deficiente, & horum alius eſt pulſio, alius tractio, alius vertigo. Pulſio eſt is motus, in quo mobile non deficit ab eo quod mouetur, ſed toto tempore ipſum comitatur, & eſt impulſio, motus verò in quo mouens deficit ab eo quod mouetur, expulſio eſt, ſub qua, & expiratio continetur. Tractio autem is eſt motus, cùm ad ſe ipſum, vel ad alterum velocior ſit motus trahentis, nec ſeparatur ab eo quod trahitur, & continet ſpateſim, quæ eſt motus entis velociter moti, & radiationem, ſiue certeſim, quæ eſt motus radij textoris, & continet inſpirationem. Vertigo eſt motus compoſitus ex pulſu, & tractu, vectione verò mobile non per ſe, ſed per accidens, quia in alio mouetur. Terminus à quo motus dicitur à quo mobile moueri incipit, quem ſi pro primo, & formali accipimus, ſolam priuationem formæ per motum inducendæ dicit, vt in motu illuminationis oculi, terminus à quo cęcitas pro materiali, terminus enim à quo motus denotat ſubiectum forma inducenda priuatum, quia in generatione ſubſtantiali eſt non ens non ſimpliciter, ſed in actu formali, & ſpecifico, vt materia prima in corruptione, & aliis motibus eſt non ens in ſpetie completum, vt in motu calefactionis eſt aqua, aer, aut aliquid tale mobile, quod in termino à quo exiſtit propriè quieſcit, quies enim priuatio motus eſt, eiuſque quod motu caret eo loco, & tempore, quibus natum eſt moueri, & ſecundùm eandem diſpoſitionem, qua natum eſt. Terminus ad quem eſt forma per motum acquiſibilis, contrarium habens gratia ſui, & non alterius cuiuſcunque motum terminans, nec aliquid eundem, vel alium motum terminaſſe, ſed illum, per quem ſucceſsiuè inducitur, per ſe finiens, vt ſunt formæ quorumcunque generum, ſed formæ quantitatis, qualitatis, & vbi, & fortaſſe ab his formæ ſubſtantiales non ſunt omninò excludēdæ, & hæc quidem de termino ad quem accipere præmiſſa admonet deſcriptio, termini enim concomitantes ſubiecta ſunt à dictis formis nominata, contrarietatem etiam, non eam tamen inter duo poſitiua ſe mutuo ab eodem expellentia motus requirit, ſed ex qua habitus, & priuatio opponuntur, ſufficit: prima equidem ſolis, nec tamen omnibus qualitatibus competit, ipſa autem in omni genere reperiri contingit, omni enim formæ oppoſita eſt priuatio in eo, in quo talis forma non eſt, ſed eſſe poteſt, ſed aliæ, quæ ſequuntur in definitione particulæ aliorum generum formas excludunt, vnde actio, & paſsio, qui reſpectus ſunt extrinſecus aduenientes in ſubiecto non ſunt, niſi forma aliqua ab agente in paſſum producta motum terminauerit, ſimiliter & quædam qualitates ad motus aliorum introducuntur, vt ſanitas ad motus humorum, relationes autem in aliquo acquiruntur, quod omninò mutatum non eſt, vnde numus poteſt nulla ſui mutatione multoties dici relatiuè, vt neque cùm incipit dici, neq; cùm deſinit aliquid in eius natura, vel forma, qua numus eſt mutationis fiat, ſic ſimilitudo in

Terminus à quo.

Terminus ad quem.

hoc papyro eſſe incipit, ſi paries dealbatur, cui paries ſimilis eſſe poſſit, plurimæ autem aliorum generum formæ partibiliter non inducuntur, relationum partibilitatem in ſubiectis earundem percipere poſſumus, ſi quanta fuerint, cùm itaque corpori locanti, quòd vtique diuiſibile eſt, corpus locabile ſit, præſens non totum ſimul toti loco, ſed pars parti, aut totum ſecundùm partem alteri, & alteri parti locantis applicatur: quapropter ipſum vbi tali ſucceſſione partibiliter acquiri, & ad extenſionem ſui ſubiecti extendi neceſſe eſt. de formis verò ſubſtantialibus, nunc non dico. Tempus eſt numerus motus ſecundùm prius, & poſterius, & numerus in triplici differentia deſcribitur, eſt enim numerus quidam numerans, & eſt anima: numerus quo numeramus, vt binarius, ternarius, & numerus numeratus, & ſunt res, quas numeramus, vt lapides, aut mulieres, hic rurſus ſi notus fuerit, poterit & alia numerare, ſiue metiri, ſaltem reduplicatiuè, vt pars biculi numerata, & vlna facta aliquoties replicata, totam ignotam alicuius panni quantitatem notificat, numerat, & menſurat, ſi tempus, ſi menſuratum fuerit, motũ menſurans, vt ſi ſcire volueris quantus ſit motus, quo quotidie aliquem legendo tranſcurrere poſſis, ipſum parti temporis notæ ſcilicet horæ applicas, qua aliquoties repetita, totum lectionis motum apprehendis: tempus autem à ſuis partibus, quæ ſunt prius, & poſterius, & nunc iterato, notum ſit: prius autem, & poſterius in parte ſunt à priore, & poſteriore in motu, quæ rurſus ſunt à priore, & poſteriore magnitudinis, & mobilis: verumtamen cùm prius, & poſterius ſine diſtinctione eſſe nõ poſſint, omnis autem diſcretio numerum includit, & ab anima eſt, ipſum quoque ſine anima eſſe non poſſe neceſſe eſt, diſcernere equidem eſt diuerſa videre, et vnum non eſſe, aliud cognoſcere, ex quo tempus non eſſe ſine anima cognoſcitur. Præter tempus, quod eſt motus menſura ponitur ęuum, quòd eſt menſura eorum, quæ dum actu mouent, habent exiſtentiam inuariabilem, aut ſaltem non variatam, ſicut ſunt Angeli, & intellectiones eorundem, & cęterę ſubſtantiæ creatæ: ęuum autem ab angelo nõ diſtinguitur, nec nunc ęui realiter ab angelo ſeparatur: eſt & tertium, quòd ſoli Deo tribuitur, & ęternitas dici ſolet, pro vt theologicis diſputationibus ſępe monuimus. Locus eſt vltima ſuperficies corporis continentis immobilis, & dupliciter intelligitur, aut eſt corporis circũdantis me, ſuperficies eſt locus materialis, formalis verò eſt reſpectus formatus in locante, & terminatus ad locatum: immobilitatem loci eam intelligo, quæ motui locali opponitur: ſi enim locus moueretur per ſe, vel per accidens, ipſius eſſet alicuius locus, & ſic in infinitum, inſuper & quieſcens moueretur, cùm circa ipſum locus localiter moueretur, moueri autem localiter eſt ſucceſſiuè alium, & alium locum habere, mobilis tamen eſt locus corruptione per accidens, ratione ſubiecti, veruntamen qui ſuccedit eidem priori non per realem indentitatem, ſed ęquiualentiam, per comparationem ad motum localem, ſic ſit, vt quod localiter eſt immobile, ſecundùm ęquiualentiam eſt etiam incorruptibile. Quibus pręiactis

Tempus.

Locus.

vt fundamentis,ad cognitionem cuiuſcunq; motus deſeruiẽtibus, ſupereſt aliquid de elementorum motibus per tractare,quæ deſeruient pro generali reſolutione rationum,aduerſæ partis. Et volo præmittere quædam, primo quòd elementa per ſe mouentur à generante, à remouente prohibens. Et quòd ipſa mouentur à ſeipſis,& à ſua natura per accidens: quomodo iſta concordentur,dicimus quòd nos loquentes de ipſorum motu ſecundùm partem loquimur, nam ſecundùm totum ſunt quieſcentia ,& nullo modo mouentia neque mota. Secundo dico quòd totum dupliciter capi poteſt.ſ. cathegorematicè , & ſincathegorematicè, ſi dico totum elementum non mouetur,intelligo de cathegorematicè dicto,quia tunc eſſet alius mundus, & cum dico quòd totum elementum mouetur , intelligo quòd quælibet pars elementi eſt mota,& quieſcens, ſicque ſincathegorematicè intelligatur. Noto vlterius quòd generans dicitur eſſentialis, & per ſe mouens elementi,generans enim eſſentiale eſt ipſum mouens,genitum eſſentialiter eſt ipſum motum,hocque dupliciter declaratur, primo illud quod eſt principium vnde motus eſſentialirer eſt mouens eſſentialiter, ſed generans eſt huiuſmodi ergo,ſecundo quãdocunq; eſt aliquod agens deducens aliquod de potentia ad actum, deducit illud ſecundùm omnem perfectionem potentialem,ſed generans in ipſis eſt ſic, ergo reducit omnem perfectionem potentialem in natura ipſorum, ſed perfectio elementorum eſt ipſorum motus, vbi ergo agens generans eſſentialiter ipſum de potentia ad actum eſt eſſentialiter mouens ipſa,tamen non eſt mouens per ſe,reſpectu motus localis ipſius elementi. Dices quomodo agens ſi eſt per ſe generans non ſit per ſe cauſa motus in elemẽtis? Dicitur quòd vt generans ſit per ſe mouẽs elementi motus locali, requiritur vt immediatè ſit producens motum localem immediatè, ſed mediante forma,quia primo dat formam,ſecundo cõſequentia formam,tunc ſic,omne producens aliquem effectum , mediante aliquo alio,producit vnum mediatè, & alterum immediatè, ſed generans elementum producit formam ſubſtantialem elementi , & mediante ipſa dat motum,ergo forma ſubſtantialis aut eſt principium,aut non,ſi ſic,ergo ipſum generans primo eam producit,& ſecundariò motum,ſi non,ergo deducit ipſum de potentia ad actum,quod non competit ipſi formæ, ſed ſolũ agenti. Ideo dicitur quòd omne agens,& primum,& principium ſtat dupliciter,vno modo principium actiuum incohatiuum,& hoc modo generans elementum , & remouens prohibens eſt principium per ſe actiuum motus , alio modo continuatiuum , & hoc modo forma eſt principium actiuum continuatiuum motus. Hæc diſtinctio eſt bona: Sed Ariſt.d. duo,principium vnde motus in elementis eſt illud quod dicitur generans, & efficiens, Secundo quòd efficiens,ſiue generans eſt illud quod deducit de potentia ad actum: Si dicis quòd forma ſubſtantialis elementi eſt illud quod deducit ipſum de potentia ad actum. Contra, tunc ſemper potentia præcedit tempore actum, ergo quando elementum eſt in actu poten

De motu elementorum.

tia tempore præceſſit, & hoc ſequitur ſi forma dicatur eſſe cauſa efficiens. Ideo aliter dicerem ego quòd generans eſt dupliciter, vel quod actum præcedit tempore, vel natura, vt intelligentia eſt per ſe cauſa motus localis effectiua, & tamen non pręcedit tempore ipſum, ſed natura, vel agens, quod dicitur per qualitates actiuas, & paſſiuas, & hoc modo producit aliquod de potentia ad actum, & præcedit tempore actum: tunc dico quòd forma ſubſtantialis in elementis dicitur forma, & principium actiuum. ò habet deducere ipſum de potentia ad actum. Dico quòd ſufficit, cùm ſit agēs ęquiuocum, quòd præcedat natura ipſum effectum, quia naturaliter forma ſubſtantialis, præcedit qualitates in actu, agens verò vniuocum non ſolùm natura præcedit actum, ſed tempore. Dices quòd non eſt verum quòd agens ęquiuocum præcedat non actum, quia etiam agens ęquiuocum tēpore præcedit actum, vt in concuſſione lapidis generatur ignis, Dico ꝙ ipſa forma habet rationem ſubiecti inquantùm eſt in materia, vt habet facere rationē efficientis, & ſic motus localis vt accidens refertur ad formam, vt habet rationem ſubiecti, vt effectus ad ipſam etiam, vt depēdet ab illa, & ſic motus localis dependet à forma, vt à ſubiecto. Si quæratur vtrum ſubiectum ſit cauſa effectiua ſuę paſſionis, dicitur ꝙ hoc non vt ſubiectum eſt, ſed vt ſub ſe includit aliquam actualitatem ſcilicet formam, ſic enim habet rationem efficientis. Et dicebat bene Henricus ꝙ ſubiectum eſt cauſa inſtrumentalis, quia ſub eo includuntur principia inſtrumentalia paſſionum, & actualia. Dices videtur ꝙ generans elemētum ſit cauſa immediata motus, quòd fuit negatum, quia illud quod eſt in eodem ſubiecto cum ſubiecto generationis eſt cauſa immediata illius, ſed ſubiectum motus, & formæ eſt idem 1. materia, ergo ſicut eſt immediatū principiū formę ita motus. Reſpondetur quòd ſubiectum motus eſſentiale eſt illud ex quo fit generatio motus immediatè, vt ex terra generatur ignis, ſubiectum eſſentiale formæ ignis eſt terra, & ſic etiam eſt ſubiectum eſſentiale ex quo deducitur ignis ſurſum, & ſic idem eſt ſubiectum motus, & formæ aliter tamen, & aliter, quia terra eſt ſubiectum formæ immediatè, eſt autem ſubiectum motus mediante forma, quòd enim mouetur eſt actu, ſed hoc eſt per formam, ergo iſta eſt immediatum principium, & ſic forma mouet vt forma, & mouetur vt in materia, nec iſta recipit motum immediatè, niſi mediante forma. Dices ergo materia mouetur. Dicitur quòd generans hoc facit non localiter, ſed motu alterationis deſiccando, & humectando. Dices generans mouet elementū localiter, ergo materiam, quia quod mouet totū, mouet partē. Dicitur ꝙ hoc facit vt eſt pars compoſiti. 1. n. de gen. dicitur ꝙ materia mouetur localiter per accidens. Ex quibus concluditur ꝙ generans eſt cauſa motus elementi localis. Super hoc ſunt dubitationes non paucæ. Primo quando generans generat elementum, quid primo generat, an motum, an formā, nam videtur ꝙ primo generet motum ſecundùm Auer. 8. phy. com. 4. & 32. d. n. ꝙ ex aqua poteſt aliquod eſſentialiter generari, & eſt in illo, in quo

gene-

generatur, nam generans quantùm dat de forma, tãtùm dat de vbi, tunc ſic ignis fit, ergo motus præcedit formam, probatur conſeq. ex terra generatur ignis, pro introductione formæ ignis oportet ꝙ terra calefiat, & alias conditiones requiſitas recipiat, aut ergo ſimul, & ſemel agens introducendo caliditatem, & raritatem introducit formã, aut primo formã, & poſtea illa, ſi ſimul, & ſemel, tunc ipſa partibiliter introducuntur, tunc ſic forma non introducitur, niſi in materia diſpoſita, ergo prioritate naturæ antequàm introducatur forma ſubſtantialis elementi in materia ab agente, neceſſe eſt ipſam materiam eſſe rarã, ſed ad omnẽ rarefactionem ſequitur motus localis, ergo præcedit motus localis, ergo agens primo generat motum. Hìc non laudo Thomã de Garbo, ſed dico quòd motus localis ſumitur dupliciter, vel pro occupatione materiæ, & ſic raritas materiæ ignis præcedit formam eius ſubſtantialẽ, ſic motus localis præcedit ſcilicet occupatio maioris loci, & tunc non eſſet ſurſum, nec deorſum, ſi verò tenemus quòd habetur 3. cœli. 67. quòd agens quantum dat de raritate, tantum dat de forma ſubſtantiali, tunc dico quòd in iſta rarefactione non eſt iſte motus localis, ſed eſt motus alterationis, & ſic rarefactio ſequitur motũ localem: Et formam, ſed vt quædã diſpoſitio in materia ſcilicet diminuta, & ſic eſiccatio tẽpore præcedit: Vnde primo inducit formam, deinde motum, & ſub iſta ratione dicimus quòd mouetur à forma quæ primo intendit motũ medij, ad cuius motũ defertur. Contra motus elementi primariè, & per ſe eſt vt ſit in loco, tanquã in fine, & eius perfectione, ergo forma mouetur primo, & principaliter propter elementum, & non propter medium, quia primo debet intendere motum ſuũ perfectionis, quàm motũ extrinſecum. Pro veritate nota quòd reſiſtẽtia cũ ipſo elemento efficitur vnum totale, ſecundo illud mouet, quòd eſt in actu elementi, ſiquidẽ non poſſet mouere ſeipſum, ſi non eſſet reſiſtentia medij, quia elementum ad aliam perfectionem nunquã veniret: niſi eſſet ſucceſſio à medio, qua mediante perficitur motus, & ideo motus elementi primariè eſt propter elementũ, vt ſit in loco proprio, tanquã in fine, & perfectione, & quia hoc fieri non poteſt, niſi mediante ſucceſſione, quæ conuenit ipſi à medio per eius reſiſtentiam, & à forma, quæ primo, & per ſe mouet, mouet elementum, vt moueat medium. Sed dices volo quòd vnũ elementũ ſit derelictũ ſuæ naturæ, vt lapis, quis eſt mouens primũ, an aer, an lapis. Secundùm veritatẽ dicendũ quòd iſte caſus eſt impoſſibilis, quòd ſcilicet elementũ derelinquatur ſuæ naturæ, & non ſit in loco proprio, quia ſtat in habita forma, habet vbi. P. dicerem ꝙ licet eodẽ tempore moueatur aer, & elementũ, tamen primitate naturæ primo intelligitur motus elementi, ante quàm primo intelligatur aerẽ moueri, tanquã cauſa ad effectũ: exemplũ eſt de motu vectionis, quis prius mouetur nauta, an nauis: non enim nauta prioritate temporis, quia ſic non per nauim, ſed intelligitur per naturã. Demũ dubitatur an generans, & remouens prohibens intendat motũ elementi per ſe primo, an quietẽ, an motũ medij primo, & poſt motũ elementi. Dicitur ꝙ primo

mo intendit formã elementi, ſecundario vbi, quia intelligit omnẽ perfectio nem formæ, & vbi eſt perfectio, ſed hunc non poteſt acquirere niſi per mo tum, ideo generans dat motum, tanquam medium ad acquirendũ illam per fectionẽ. Hæc igitur ſint dicta de elementorum motu. A quibus expeditus

Sol. ad. 1. ſupereſt calumnias calabri reiicere. * Ad primam dicimus quòd anima eſt mouens quo, & corpus mouens quo, & totum animal eſt mouens, & mobile quod, & hic motus in principio, & in fine eſt remiſſus, in medio ve rò intenſus, & animalis dicitur: quæcunque autem ſunt huius generis mobi lia, ſicut ſeipſis ſunt cauſa mouendi, ſic ſunt cauſa quieſcendi, & nullo ex trinſeco concurrente motum initiare, & ante terminum totalem ſiſtere

Ad. 2. poſſunt, & ſe per cognitionem mouent motibus diuerſis. * Ad aliam eſt ſciendum quòd hic eſt ordo rerum, primo eſt primus motor, & primum mobile, ſecundo intelligentiæ, & cęli, tertio homo, corpus ſcilicet, & anima: quarto animalia irrationalia, quinto plantæ, ſexto elementa, & ſicut iſta ha bent diſtinctionem in natura, ſic habent diſtinctionem in motu: primum enim mobile mouetur ab intrinſeco, & per ſe, quia primus motor mouet immediatè, & non habet in ſuo motu cauſã finalem diſtinctam ab ipſo, nec formalem, quia in ipſo idem eſt finis, forma, & efficiens, vt Ariſt. 12. met. 32. mouet igitur per ſe ipſum, & non requiritur aliquod diſtinctum ab ip ſo, ſic per ſe: intelligentiæ autem mouentur, vt primo aſſimilentur, & licet effectiuè moueant propter primum motorem, cui appetunt aſſimilari, mo uent propter intellectum, qui eſt forma eorum, ſicque principio primo, & fini aſſimilatur vltimo, animalia verò omnia habent cauſam finalem diſtin ctam ab efficiente ſcilicet obiectum ad extra, balneum enim in re mouet vt efficiens, & iccirco animalia indigent cauſa extrinſeca, non efficienti, ſed fi nali, quæ mouet animal metaphoricè, plantę etiam mouentur ab intrinſeco: ſcilicet à ſua virtute: elementa verò indigent cauſa extrinſeca effectiua, & ſic magis elementa indigent quàm animalia: hoc modo data proportione ordinata, poſſunt omnia iſta exemplificari: in exemplis autem attenditur manifeſtatio, & proportio, non verificatio, & idenditas. Sed in hoc valdè dubito ſi animal non indiget motore extrinſeco efficiente, elementum ve rò indiget, ergo animal mouetur à principio effectiuè ab intrinſeco, tunc quæro de qua potentia, vel eſſentiali, vel accidentali. Ego dicerem, ſaluis multis reſponſionibus aliorum Doctorum, pro cuius declaratione ſcien dum quòd principium motiuum in animalibus eſt appetitus, eſt que prin cipium immediatum agens proprium, & per ſe motus localis, quòd cauſa tur ea cognitione obiecti ſenſibilis exterioris præſentantis ipſi potentiæ, omnis autem potentia quæcunque ſit non poteſt hodie velle vnum, & cras alterum, niſi ex aliquo appetitu nouiter mouente illud, de potentia igi tur eſſentiali mouetur animal ab appetitu cauſato ab obiecto cognito, & ſic obiectum eſt primum principium motus animalis, ſed in ratione appe tibilis eſt proximum, & immediatum principium motus localis animalis,

in elementis verò principium proximum per ſe , & immediatum eſt ipſa forma, quæ mouet tantùm vt natura. Dices ergo habet dedúcere ipſa de potentia ad actum, hæc enim eſt vera ratio agentis. Hic non laudo Bacchonitanum 3. ſent. diſt. 22. quòd ſcilicet mouet effectiuè, ſed non habet deducere ad actum, quia hæc eſt ratio efficientis, quo efficit aliquod diſtinctum à ſe, ſed forma elementi non mouet aliquod diſtinctum à ſe ſecundùm formam , quia iſta ratio agentis eſt data in metaphyſica , & eſt vniuerſalis 7. met. 31. & 12. met. 44. ratio agentis non eſt niſi mouere de potentia ad actum. Melius Capreolo aſſentior, hæc enim quæſtio habet differentiam ſolùm in verbis, quia efficiens proprium eſt illud , quòd eſt ſuppoſitum , & diſtinctum , ſed cùm forma non ſit agens diſtinctum ab ipſis elementis , non poſſunt dici elementa effectiuè moueri à ſeipſis à forma : Ideo efficiens eſt duplex, quoddam vere , & hoc non coincidit cùm forma , & fine, & dicitur alterans, & mouens localiter, alterum ſimilitudinariè, & hoc modo mouentur effectiuè ſimilitudinariè, & impropriè à forma, propriè autem eſt illud quòd verè eſt diſtinctum à toto. Et hoc modo intellexere Ariſt. & Auer. quòd elementa mouentur ab aliquo non efficiente, à forma , quia forma non verè efficiens , ſed ipſum agens , & remouens prohibens dicuntur agentia per ſe, & effectiuè motus. * Ad aliam dicendum quòd loquendo de inferioribus , animalium eſt proprium motus, habent enim partem mouentem quo, & totum mouens quod ſeipſis igitur ſunt cauſa mouendi , & quieſcendi. P. negatur quòd ignis totus mobilis ſit, in proprio enim loco quieſcit, vt diſputatum eſt ſuperius, natura hæc omnium ſub luna contentorum exiſtens eſt, ſin autem robur ex motu ſumere videatur, quòd accendatur ratione materiæ craſſiuſculæ eſſe, declaratum eſt. * Ad aliam dicitur quòd ſi ignis videatur ſuo loco ſemper mobilis, & nunquam naturali gaudens quiete, hic motus nō erit naturalis ignis, nec violentus, ſed ſuperioris naturę, quem ſepius diſceptatione de cælo Ariſtotelem cognouiſſe mōnſtrauimus, nec hic ſibi contradicere declarauimus, ideo vera erit ratio, & non abſurda illa regula, quòd quæ motum ſiſtunt propterea ſiſtant quòd alienis moueantur viribus, iſtæ enim vires ſunt vt quo, ideſt à quibus eſt principium mouendi, & ſiſtendi, quòd non eſt in igne. * Ad aliam non incuſandus erat Ariſt. denuò, de aſſignatione initiandi motum , & ſiſtendi ipſum vni corpori tribuenda, eſt enim vera & optima in inferioribus regula, & contrariæ operationes poſſunt ab vna natura procedi, quæ ex diuerſitate appetitus diuerſimodè diſponatur. * Ad aliam, quæ ſumit principium ſępius à nobis veritate ipſa improbatum , quòd ſcilicet ignis cùm videatur in proprio loco circulariter moueri, talis motus proprius, & naturalis ei exiſtat, etenim ſi ipſi non eſt violentus, quia nil ipsũ deſtruit à propria natura, nec naturalis appellatur, cùm corporis leuis ſurſum tendere naturalis ſit, & talem motum dici ſuperioris eſſe naturæ, vnde, & ſi ignis vnus, & continuus ſit, ſimilariſ-

Ad 3. Ad 4. Ad 5. Ad 6.

que

ęque nec diuiſus in partem agentem, &c. mouetur tamen à forma ſua, & ab agente, & generante, & remouente prohibens.

Telesius cap. 57. volebat probare quòd nullum mouens eſt im-
1 mobile: primo, ratio Ariſt. qua venatur mouens immobile hæc eſt, quod fertur, & impellitur ab aliena ui, id non amplius moueri, ſed geſtari dicatur, & impellere, ex hoc licet colligere quod datur vnum quod poſſit geſtare, & impellere tantùm. Contra hoc non eſt immotum, ſed vel longè maximum, & quod exuperat omnium geſtantium vires, vel quod moueatur motu longè velociſſimo. * P. Ariſt. videtur ſumere quod
2 quærit, nam mouere, & moueri in iis etiam, quæ natura, & ſeipſis mouentur diuerſa ponit, & ponit diuerſum mouens à moto in iis, & hoc eſt quod quæritur, nam quæritur, an quæ videntur moueri ſeipſis tota moueant ſeip-
3 ſa tota, an aliqua eorum pars tantùm moueat, reliqua moueatur. * P. ſi qua mouentur à ſeipſis non tota ipſa moueri, ſed ſingulorum partes reliquæ ab vna parte immota, declarandum erat Ariſt. ea non eſſe ſimilaria, ſed compoſita è partibus diuerſis, & quarum ſubſtantia, & operatio diuerſa videri, & aperiendum quomodo illa pars immobilis reliquas impelleret, aut ſe ſe, mouendi facultatem iis præberet, ſed Ariſt. d. ſimilaria non moueri à ſeipſis totis, ſed reliquas partes ab vna quadam, & immota ea, videtur hoc inquit in animalibus apertiſſime. Contra nulla operatio eſt ſolius formæ, quia nuſquam ſola, & per ſe ſit, ſed compoſiti omnes nec pars mouens ſeorſum apparet vlla, eaque immota, nec vlla ſolùm mota, ſed ęquè omnes mouentes, & ęquè motæ, ſed ſi anima corpori inſit, vt nauta naui, vt hic Ariſt. placere videtur, neceſſe eſt placeat enuntianti motum diſtinctum, & ſeparatum à moto, ſed quid eſt abſurdius, quàm humana ratione, brutum, & ſtupidum corpus, & immobile ab incorporea, & immota voluente tantùm anima moueri, & inalterari quicquam?

Marta. Mouentium duo ſunt genera quoddam enim cuncta mouens omninò immobile permanet, & eſt quod in ſuperioribus effectiuum principium vocamus, de quo Boet. lib. 3. metrorum ſic cecinit. ô qui perpetua mundum ratione gubernas, terrarum, cœlique ſator, qui tempus ab æuo, ire iubes, ſtabiliſque manens das cuncta moueri. & Prophęta pſal. i. mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient: ſed quid aliorum eget teſtimoniis, qui de ſeipſo Malach. 3. d. Ego dominus, & non mutor, & Auguſt. lib. 5. de trinit. d. quòd Ariſt. 8. phy. im mobilatem eius oſtendere conatus eſt. Primum equidem principium ſi moueretur, ab alio principio, vel à ſeipſo moueretur, non ab alio quia primum non eſſet, cùm id à quo moueretur, ipſum præcederet, quod rurſus quia immobile non eſſet, daretur proceſſus in infinitum. A ſeipſo autem ſi moueri dicatur, in partem per ſe mouentem, & per ſe motam diuidi neceſſe habet, & forma per motum acquirenda carebit, quod de ſumma ſimplicitate, & perfectione dicere quid turpius? omnino igitur immutabilis

eſt

eſt qui æternus, immenſusque eſt, æternus, ſimpliciſſimus eſt. Vnde in eo motum in tempore aufert æternitas, quæ tota ſimul eſt, motum in loco aufert immenſitas, quia vbique eſt, motum ad formam ſumma perfectio, & ſimplicitas, quia nullius eget. Veruntamen ſubſtantiam Dei vt d. Auguſt. lib. 1. de trinit. cap. 1. ſine vlla commutatione mutabilia facientem, & ſinè vllo temporali motu temporalia creantem tueri, & plenè noſſe difficile eſt, Ideo & nos, qui in primis philoſophiæ elementis verſamur, id Theologiæ ſeruabimus, ſat eſt igitur quòd rationibus phyſiics probetur Deum eſſe immobilem, primumque motorem à phyſicis vocatum, quod cùm certè ſit verum, ſacris literis non repugnat, prout eundem primum motorem indiuiſibilem affirmauit Ariſt. quando igitur dicitur non eſſe verum quod primus motor non moueatur, quia mouetur motu longè velociſſimo, & longè maximo, omnium quæ mouentur exuperans vires geſtantium, non eſt calabro credendum ſine ratione, peripateticorum verò ratio, & militat, & ſic ſemper manebit veriſſima quòd non moueatur. Quam rem volumus clariorem reddere, Motus quidem accipitur dupliciter, vel propriè pro transmutatione ſecundùm quam aliter ſe habet nunc quàm prius, & hoc modo intelligit Ariſt. primum motorem non moueri neque per ſe, neque per accidens, & probatur, eò quòd demonſtrat per rationes quòd primus nec corpus, nec virtus in corpore, alio modo impropriè, & communiter pro quacunque operatione rei, ſiue operatio illa ſit diuerſa à ſubſtantia, ſiue non ſit diuerſa à ſubſtantia operante, & hoc modo primum principium motus ſcilicet Deus poteſt dici moueri, quia ſcilicet habet operationes immanentes ſcilicet intelligere, & amare ſeipſum, quæ ſunt operationes eędem eſſentialiter cum ipſa ſubſtantia diuina, quia quicquid eſt in Deo eſt ipſe Deus, & hoc modo intellexit Ariſt. & Plato primum motorem moueri à ſeipſo non primo modo. * Ad aliud dicitur quòd ſibi contradicit, Ad 2. nam ſuperiori capite nullum mouēs ab alio moueri probare nitebatur, nūc verò nullum mouens immobile principium probandum aſſumit. Ariſt. autem quærit vtrum ſit dare vnum mouens omninò immobile in mundo, ſicut autem in maiori mundo eſt dare vnum mouens omninò immobile, vt viſum eſt, ita in minori ſcilicet animali perfecto, Et ſicut in maiori eſt deuenire ad aliquod, quod mouetur, & non mouet, vt terram, & aliquod quod mouetur, & mouet, vt elementa miſta, cęlum, & aliquod quod mouet, & non mouetur, vt primus motor, ſic in homine eſt reperire aliquod quod mouetur, & non mouet vt corpus, & aliquod quod mouet, & mouetur vt anima, & aliquod quod mouet, & non mouetur vt appetibile, quod dicitur intrinſecum homini, non quod ſit in homine eſſentialiter, ſed pro quanto relucet in phantaſmate, ideo homo dicitur moueri ex ſe ab intrinſeco motu locali, & idem intelligatur de animali quolibet, corpus autem inanimatum ſemper mouetur ab aliquo exteriori. * Ad vltimum patet ſo- Ad 3. lutio ex dictis. Vnum tamen in hac ratione mirari non deſum. quòd Calaber

Jaber cap.31. libri primi.d. nunquam in hoc commentario ſe loqui de anima humana, quia ſcilicet ipſa æterna eſt, & inalterabilis, &c. poſtea hic d. quòd humana ratione non poteſt defendi quòd ipſa penitus non moueatur, & alteretur. Nec potes aufugere quòd non de ipſa loquaris, cùm Ariſt. eam intendat, ſaltem mala eſſet tua impugnatio. P. ſequeretur quòd ipſa non eſſet principium motus, quod eſt falſum, eadem enim eſt quæ intelligit, & mouetur, nec mouetur ſi non cognoſcit, motus enim eſt appetitus ad rem cum cognitione in homine, & motus non prouenit niſi facto diſcurſu, ergo anima intellectiua non eſſet motiua. Intelligentia etiam mouetur per accidens attributiuè, inquantùm mouetur id cui ipſa attribuitur, ſic anima rationalis. Huius rei plures conceptus dixi in apologia mea de immortalitate animæ, ad quam me remitto. Cętera Opuſcula Huius Hominis breui impugnata dilucidabimus.

FINIS.

NICOLAVS ANELLVS PACCA.

IACOBO ANTONIO MARTAE. S.

*F*Eliciter hominum generi contingiſſet, ſi inuidia cæca non eſſet, diſertiſſime Marta, quæ cùm nec ſe ipſum ob φιλαυτια nec alios propter odiũ cognoſcere faciat, vtroque humanæ cognitionis oculo inuidus certè priuatur, qua cæcitate, quæ maxima miſeria eſt, ſis contentus vt puniantur qui te lacerant. Quò verò ad opus ſpectat, illud perlegi, quod & materiæ eccellentia, & tua ſubtilitate, qua abundas, impreſſione apprimè dignum cenſeo. Perge igitur modeſtiſſime Marta, & ijs perpetuis animi monumentis alios ad emulationem, te ſemper ad maiorem gloriam eccita. Vale Neapoli pridie calendas Januarij. 1581.*

IACOBO ANTONIO MARTAE NEAPOLITANO PHILOSOPHO ET V. I. DOCTORI.

Antonius Caro. V. I. D. S.

VEram amicitiam à virtute, atq; probitate ortum habere ex eo facilè proſpicitur, quòd tanta eſt ipſarum vis, vt eaſdem in illis, quos nunquã vidimus, aut etiam, quod maius eſt, in hoſtibus diligamus. Procul inde dubio te anteà proſequebar amore, quando conſtanti fama, omniumque ſermone celebrabantur virtutes tuæ, beneficio autem accepto, ſtudio proſpecto, & conſuetudine adiuncta, ad illum tantùm acceſſit, vt hactenus dilexiſſe nunc ex animo amare videar. quod enim beneficium maius, quod ſtudium præſtantius, aut quæ cõſuetudo ſuauior mihi offerri potuit præſtantiſſimo opere tuo, pugnaculo, quod mihi priuſquam ęderes oſtendere non es grauatus; cuius lectione non modò in dies multa addiſco, ſed quaſi tecum agere ipſe recreor; cognoſco enim quãto ingenij acumine ſis prẹditus, quanta dicendi copia, ſententiarumque grauitate contra ſubtiliſſimi Teleſij argutias pro philoſophorum Principe Ariſtotele propugnes: cognoſcent & cęteri, quibus debet id mirabile videri, facile nanq; fuit tanto viro, præter ingenuas artes,

quibus

quibus clares, obiecta hæc doctiſſimi Teleſij diluere, & confutare. Difficilius autem, & inde præclarius, quòd nequam ſcientiarum, intactam omitteres, cùm in noſtram iuriſprudentiam te ingurgitaſſes, naturæ ipſius habitu propè ſingulari, quæ tuæ ſunt partes multos annos tum priuatim, tum publicè in gymnaſio Neapolitano iuriſprudentiam profeſſus, vt Beneuenti, ſumma cum dignitate accerſitus, publica mercede, publicè omnium applauſu ſacrarum legum doctrinam profitearis, vnde merito φιλαρτίαν encyclopediam, & circularem ſcientiam aſſecutus, vel melius ad ſtoicorum normam ſapiens dici poſſe videaris. Sed his omnibus omiſſis, dicam potius, quoniam non ſolùm nobis nati ſum, vt ad Tarentinum Architam ſcribebat Plato, feſtina hæc eadem aliaque doctiſſima ſcripta tua legalia ad ſtudioſorum vtilitatem quàm primùm ędere, atque interim cętera, vt inde, quorum non pauca momoratu digna percipiam, tua facilitate mihi videnda concedas. Vale. Neap. ad 8. Septemp. 1584.

LECTORIBVS. S.

DEcreueram minimè ſolam hanc pugnaculi partem ad vos mittere, dum autem nouiſſimam ſecundæ eius parti manum imponerem, nouo Teleſij opere emergente, ſicut non libens pro Ariſtotele laceſſito ad reſpondendum veni, ita multò magis inuitus redire oportet. Quamobrem hanc primam partem vobis emittendam curauimus. Nihil eſt enim ne Teleſij quidam cogitatus, quos hęc ipſa non ſoluat, vel vos met non reſponderet poſſitis: Certe nec operæ, nec oleo pepercimus. Siquis inter vos cenſor præmordax, qui nihil ſcribens quod iudicari queat, de aliorum iudicat ingenijs, aduertat imprudentiſſimam temeritatem, quæ ſolo ſilentio tuta non eſt. Comploſis in littore manibus ſedenti facile eſt ferre quam velit de gubernatoris artę ſententiam, Conſilium ſemper fuit noſtrum in ſcribendo re potius teſtari, quàm ambitioſis, & fucatis pollicitationibus, tanquam ſpe inani, & fallaci expectationem veſtram alere: quod & ſi ex noſtro opere de animorum immortalitate diu cognouiſtis, cognoſcent & cęteri ex commentarijs Hieronymi Balduini ſuper libris de anima, quos in priſtina mea iuuentute ordinatos, & locupletatos, citò habebitis, & ex legalibus noſtris ſcriptis, quæ multò grauiora in veſtrum gratiam demolimur. Sed non obliuiſcor illa ſapientum, pueris etiam nota conſilia, tollite inanem iactantiam, res loquentur tacentibus vobis. Perſecutio auſa eſt in Ceſares, in Reges, in populos, pænitusq; paucis contingit (quod Saluſtius difficillimum